DE
RAVENNATIS
AERIS
ADMIRANDIS AVSCVLTATIONIBVS
OPVSCVLVM

MAXIMIANI ZAVONÆ RAVENNATIS
Philoſophię, & Medicinę Doctoris.

Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo D.

EPISCOPO CERVIENSI
DICATVM.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

RAVENNÆ,
Apud Impreſſores Camerales. 1649. *Superiorum facultate*

Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. D.

POMPONIO SPRETO EPISCOPO CERVIENSI.

MAXIMIANVS ZAVONA FELICITATEM.

RAVENNATE Cælum, Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine, innoxium, hominumque incolumitati attemperatum, & grauiſſimorum Scriptorum monimenta, & ſæculorum experta ſeries ſat teſtantur. Malo autem fato, euſque de eius inſalubritate apud exteros falſus increbuit rumor, vt non modo ſummi Prouinciæ Rectores ad hanc Æmiliæ Metropolim à S. Sede miſſi, aëris veriti per

niciem

niciem; vel hic illubentes reſideant; aut certè alij ali quandiu moraturi diuertant; ſed, & priuati homines malè de eo ſentiant. Admiranda quidem (non inficior) ſunt, quę de patrio noſtro aëre inuicem oppoſita adducuntur, ſanioribuſque ipſis mentibus, primâ facie, credenda: at ea philoſophicis rationibus, & hiſtorica authoritate diluere pro virili propoſui, de eo inaniter concepta, aut ſcripta expuncturus, quaſi pro patriâ, ſeptuagenario licèt maior, pugnaturus. Tibi verò Illuſtriſſimè Domine, Opuſculum hoc qualecumque oblatum, & conſecratum volo, compertum habens ſerpentes, quippequi ex putri geniti, putri gaudent ſolo, ad puriſſimos MONTIVM tuorum vertices non acceſſuros; vel, ſi impudentiſſimi adrepſerint, aut dicteriorum ſibilis obſtrepituri, aut dirarum virus in illud offuſuri, feliciſſimę FILICIS tuę vmbrâ necandos, perimendos. Præterquamquod, humilimam in te voluntatis meę propenſionem teſtatam percupio: præclaram ſiquidem è Cælo, & nobiliſſimis parentibus hauſtam indolem, literarum eruditione, lectiſſimiſque morum leporibus adeò excoluiſti, vt non conciues tantùm, & exteros in tui cultum, ac admirationem, ſed ipſos Principes in amorem pellexeris, traxeris. Et, vt plurimas, eaſque conſpicuas, animi tui miſſas faciam dotes (epiſtolam enim non panegyricum adorno) omnibus moderatio prælucet, vſquequaque exhibita, ac nuperrimè magis, cum Epiſcopalibus infulis à te, Iure quodāmodo poſtliminij, in patriam Ciuitatem, poſt ſæcula, inuectis, non animo turſiſti, ſuperbè de te ſentiens, ſed modeſtior in-

dies

dies, ac humilior factus es, æternùm exaltandus. Hac minimus ſeruorum tuorum fretus, libellum cupidiſſimè dico, futurum diuinans, vt ex præſcripto nomine tuo illud mutuet, lecturis vt ſit acceptus. Æſtimes cũ, ſupplex oro, ex animo offerentis, præſtantię tuę admiratoris magni, laudatoris exigui. Bene vale, felixque cõmiſſi populi bono diù viue. Rauennę Idibus Februarij 1649.

AVCTO-

AVCTORVM SERIES HIC CITATORVM.

D. Ambroſius.
D. Auguſtinus.
Acron Agrigentinus
Aelius Iul. Crotta.
Alexander Maſſarias.
Alexis Pedemontanus.
Amatus Luſitanus.
Andernacus.
Andreas Matthiolus.
Antonius Donatus.
Antonius Gazius.
Andreas Baccius.
Appianus Alexandrinus.
Ariſtoteles.
Argenterius.
Auctor Hiſtor. gener. herbar.
Auerroes.
Auguſtinus Niphus.
Auicennas.
Baptiſta Mantuanus.
Bartholomæus Anglicus.
Bartholomæus Accurſinus.
Bartholomæus Traſſichettus.
Bellonius.
Bernardinus Corius.
Cardanus.
Cælius Aurelianus.
Cæſar.
Cicero.
Claudianus.
Conciliator.
Cornelius Celſus
Cornelius Tacitus.
Conſtantinus Cæſar.
Coſteus.
Daniel Sennertus,
Dantes.
Democritus.
Didymus.
Diocles.
Dioſcorides.
Exodus.
Feſtus.
Franciſcus Alunnus.
Franciſcus Tidiceus.
Gabriel Fallopius.
Galenus.
Gaudentius Merula.
Gemma.
Gentilis.
Gregorius Agricola.
Gregor Vall.
Haliabas.
Herodotus.
Hieronymus Rubeus.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Suida.
Hieronymus Manfredus.
Hyppocrates.
Homerus.
Horatius.
Hugo Senenſis.
Iacobus de Partibus.
Ioannes Damaſcenus.

Ioan-

Ioannes Bruyerinus.
Ioſeph Quercetanus.
Iouius.
Iouianus Pontanus.
Iſidorus.
Iulianus Palmarius.
Iulius Alexandrinus.
Laurentius Scholzius.
Legendarium Sanctorum.
Liuius.
Lemnius.
Ludouicus Mercatus.
Ludouicus Septalius.
Lucretius.
Macer.
Manardus.
Martialis.
Matthæus Raderus.
Mauritius Tirellus.
Meneſitheus.
Nicolus.
Olaus Magnus.
Olympiodorus.
Ouidius.
Pareus.
Pauſania.
Petrus Appon.
Petrus Iacobus Zouell.
Philotheus.
Pierius Valerianus.
Plateanus.
Platina.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Raſis.
Rulandus.
Sabellicus.
Scaliger.
Schenchius.
Sidonius Apollinaris.
Soranus.
Statius.
Strabo.
Suidas.
Thomas de Neris.
Valleſius.
Varro.
Vitruuius.
Vidus Vidius.
Vincentius Alzarius.
Vincentius Ferrerius.
Virgilius.
Vlyſſes Aldrouandus.
Zozimus.

Vldt

Vidi ego infraſcriptus libellum, qui inſcribitur De Admirandis Aëris Rauennatis Auſcultationibus à Per Illuſtri, & Excellentiſſimo Domino Maximiano Zauona compoſitum, in quo Aëris patrij ſalubritatem euidentiſſime, & doctiſſime demonſtrat. Et quoniam in eo nihil reperi bonis moribus, aut legibus aduerſans, cenſeo eſſe Typis committendum.

Ego Laurentius Donatus Canonicus Theolog. S. Rauen. Eccl.

Imprimatur
Claudius Angelucius Vic. Gen.

Imprimatur
F. Nicolaus de Fauentia Lect. ac Vic. S. Off. Rau.

DE

Digitized by Google

DE ADMIRANDIS
AËRIS RAVENNATIS
AVSCVLTATIONIBVS OPVSCVLVM.

DE naturalibus rerum principijs, quatuor nempe elementis Terrâ, Aquâ, Igne, ac Aëre agentes, cum Plin. lib. 5 nat. Hiſt. cap. 5. in eorum ſingulis miranda cognouere. In Terra quidē, quam metallorū non tantummodo, lapidumq; pretioſorū feracem, fœcundam, & diuitem admirati ſunt; ſed quibuſdam locis, vt Gabijs, & Reate motu tremulo, ac trepidationis dimoueri: ac terrę Samię, Melitenſi, Mondouenſi, & lutis thermalibus facultates ſaluberrimas ineſſe; Necnon mutuos montium aſſultus, & receſſus uarios fieri; prata, oleaſque in contrarias ſedes tranſgreſſas in Agro Marrucino. *Terrę admiranda.*

In Aquis item mira, & multa conſpexerunt; vt putà Thermalium vires: fontium qualitates, & medicatas, & contrarias; quorū aliqui à media die ad mediam noctem feruentes, horiſque *Aquę mirabilia.*

totidẽ ad meridiẽ vſq; gelu rigentes deprehenſi ſunt: apud Lygios fluuium eouſque turgentẽ,& eleuatum, vt in oppoſita eius ripa ſtantes cõſpici nequirent;terras item magno tractu Athlantico obrutas mari; & alia id generis quam plura, quę legere eſt apud Plin. lib. 2. cap. 90. vbi cap. 92. meminit de Vrbibus quas mare abſorbuit.

Ignis mirabilia. Igni pariter elementari ſua inſunt auditu mirabilia; nam nõ conſpicuus, ſed in petra latitans viſus eſt circa Atintaniam iuxta Apolloniatidis colles oleo ſuper fuſo exardeſcens. Ex Herculis columnis incendia; alia quidem iugi flamma omni tempore flagrantia, alia vero noctu tantũ, refert Ariſt. de mirabil. auſcult. ex Periplo. Itẽ in Nympheo concipi è petra flammam, quę pluuijs accenditur: & in Comagene eundem ignẽ collucere, & aqua ali, terra vero extingui experimento comprobatum eſt; ac montes chymerę inextinguibili flamma aduri; Æthnamq;ad culmina ignes ſemper iactantem cernimus. De quibus Plin. lib. 2. cap. 106.

Aëris mirabilia. At vero admiranda magis, & portentoſiora in Aëre vti magis conſpicuo videmus, qualia ſunt fatales, & cincinnatę Cometę, perſæpe magnarum calamitatum prænuntię, flammę, ſaltantes capræ, trabes, candelę, lanceę, Pyramides, virgulę, ſcintillę, columnę, ſtellę deciduę, hiatus, Voragines, coloris diuerſi lumina. Hæc quandoq; in ſuprema Aëris Regione apparent,

quę

quę cum ignis ſpherę ſit proxima, ad eam exhalationes calidę, & ſiccę attractę, & eleuatę accenduntur, & prædicta hominum oculis obijciunt.

Cæterùm eſt & alia aëris Regio, quę ab igne procul exiſtens, minuſq; terrę contermina, frigida, tenebroſa, ac dæmonum, aërearumq; poteſtatum habitatio caliginoſa nuncupatur. Plurimum hæc alget; in ipſaque frigoris ratione non minoris admirationis quamplurima fabricantur, quę in terram, maxime in frigidis Regionibus, demittuntur, cum in calidis ſolis aduſtione eorũ materies penitus diſſoluatur, ac diſſipetur.

Aëris ſecunda regio.

Hæc ſonoro tonitru concutitur, dum vapor ſolis virtute ad eã eleuatus exhalationem calidã, & ſiccam circum ambit, & congerit in nubem; ex frigoris contactu contrahitur, ac roboratur; hinc ad Nubis latera cum impetu impellitur, ex impulſu incaleſcit, ac inflammatur, exitumque, quem liberum non reperit, quærens, nubem ipſã diſrumpit, & præcipuè ſi alia ſuperiori comprimatur, & pars inferior obſiſtat; tunc enim exhalatio in nube clauſa nondũ inflammata nubem perfringit, & exiens motus vehementiâ accenditur, in exituque ſonum edit, tonitruum dictum, flammâ inter nubes coruſcante. Licèt vero tonitrui ſonus neceſſariò fiat ante coruſcationem, quia hæc tunc contrahitur, dum exhalatio inflammatur poſt nubis diſruptionem, ita vt nubis ſciſſio, ex qua tonitruoſus ſonus percipitur, per-

Tonitruũ qualiter fiat.

Coruſcatio in tonitruo cur prius conſpiciatur, quàm tonitruum audiatur.

præcedat accenſionem, & coruſcationem, quia tamen viſus eſt auditu ſubtilior, ideo fulgor, & coruſcatio prius conſpicitur, quàm raucus fragor audiatur tonitrus, quem fulmina eiaculantem inter mirabilia recenſet Cic. 2. de diuinat. *Nonne perſpicuum eſt ex prima admiratione hominũ, quòd tonitruum, iactuſque fulminum extimuiſſent, crediđiſſe ea efficere rerum omnium præpotentẽ Iouem?* Et Lucret. lib. 6. *Concuſſo tonitru tremunt omnia.*

Tonitrua admiranda.

Fulmina.

Ea ſiquidem terrifica ſunt, & ineuitabilia; cũ enim impetu ſummo terras iciunt, quippequę exhalationes ſuphureę ſunt, nubes frangentes, vi ſua penetratiua, quæque ſibi obſiſtentia penitus deterunt; ab ea denique exhalatione à nube detruſâ fiunt Ecnephias, turbo, typhones, Preſter, quę hominibus admirationem, & terrorem incutiunt; licetque ob calorem ſuum ſint apta nata ſurſum ferri, attamen ſemper magno impetu ex nube deorſum excutiuntur, quia nubis ſuperior pars denſior eſt, ac in loco frigidiori ſita, inferior verò rarior, ac minus frigida, cũ adhuc radiorum ſolariũ reflexu attingatur.

Vapores in quę cõgeluntur.

Eleuantur inſuper ad hanc regionem è terra per æſtum vapores craſſi, ac denſi, qui coacti in nubes immutantur, quarum, ſi lenis fiat diſſolutio, in imbres reſoluuntur; ſi repentina, in præcipites nimbos; ſi magis coacta, in calidis regionibus in grandinem, in frigidis ex eodem congelaciato imbre, in nubem.

Po-

Poſtrema eſt aëris regio infima dicta radiorũ ſolis reflexu calida, ac lucida. Cum verò pari, ac ſimili aſpectu ſol terram ſemper non feriat, non ſemper eandem, ac ſtatam hæc Regio nobis ſe ſe offert; nam ſole Septentrionalia peragrante ſigna, terramq; directè reſpiciente, eiuſq; radijs in angulos reflexis minores, adeo calet, vt à terra elevatę exhalationes ob radiorum feruorem aliquando penitus diſſipentur. Cum vero Meridionalia perluſtrat, frigore terrę poris occluſis, exhalationes nullę, aut certè paucę erumpere valent. Veris autem, & Autumni temporibus, ſole Æquinoctio appropinquante, temperatur. Ex hac peculiaria nobis, & admiranda proueniunt, ros ſcilicet, manna, nebula, caligines, pruinę, & glacies.

Aëris infimę Regionis incõſtantia.

Aëris infimę regionis peculiaria.

At plura ſunt, quę in Aëre mirabiliora cenſeamus. Nam aërem hunc infimum, velimus, nolimus, inſpiramus. Auic. fæn. 2. 1. doctr. 2. cap. 1. in fine, & nihil iam in rerũ natura exiſtit, quo æq; vtamur atq; aëre; etenim ſine alijs rebus nõ naturalibus, & ſi non diù, certè aliquo temporis interuallo viuimus; abſq; aëre vita vix momẽtum temporis trahitur; ideoque cauſę ſine qua non rationem induit; & à medico potiſſimum conſiderandus venit, cum ſine illo nec morbus profligetur, nec ſanitas conſeruetur; quin potius natiuum conſeruet calorem, ſitque noſtrorũ corporum, & ſpirituum alimentum. Auic. vbi

Aër cur à medico cõſiderand.

ſupra

ſupra cap. 2. Mortalibus enim tũ vitę, tũ morborum cauſa exiſtit. Hip. in lib. de flatibus. Si enim ſit aliquo habitu prauo conſperſus paludis, vel in ipſum ex profundo ſpecu aura ſpiret peſtifera, vel ex Vrbium cloacis inquinamenta recipiat, aut aliàs inficiatur, tantum abeſt, vt tunc natiuum conſeruet calorem, vt potius eum fædet, ac deſtruat, tandẽq; occumbant homines; id quod probat caſus, quem Florentię contigiſſe refert Vidius Vidius lib. 1. de rat. vict. cap. 3. In vico enim D. Laurentij narrat, è manibus cuiuſdam pueri forte fortuna excidiſſe gladium in puteum maxima ex parte fimo plenum; eumq; recipiendo gladio cum deſcendiſſet in puteum, ſtatim exanimatum eſſe; alterumq; virũ, qui puerum extracturus deſcendit, ſimile fatum expertum; tum demum in puteum proiectum canẽ, qui & ipſe confeſtim extinctus eſt. Hoc autem in nullo elementorum euenire dicimus, cum ea euitabilia ſint; Aër vero, nobis inuitis, hauriendus ſit, ipſiuſq; inſpiratione ſuſtineamur; qui nobiſcum videt, nobiſcum audit, nobiſcum ſonat. De eo itaque à medico diligens conſideratio habenda eſt, prout monet Gal. lib. de ſanit. tuen. Fatali enim neceſſitate eum hauriunt omnes ita vt Hip. lib. de flat. dixerit. *Aër in omnibus, quæ corpori accidunt, author eſt, & dominus*, & infra. *Subijciam igitur mox & illud, quòd non aliunde veriſimile ſit morbos euenire, quã inde, ſi is aut*

Aër quã do calorẽ natiuũ deſtruat.

Hiſtoria.

Aëris attractio euitari non poteſt.

Morbi ab aëre.

plus

plus, aut minus, aut cumulatior, aut morbidis ſordibus inquinatus in corpus ſeſe ingerat. Et Gal. 1. de differ. febr. cap. 5. Peſtem inſpiratione conſtat fieri. Aër enim cum naturę exiſtat volatilis, & totaliter ſpiritualis, corpora porroſa, aërea, & ſpiritualia ſiue bona, ſiue mala, & ſalubria, vel inſalubria fuerint pari ſubtilitate, & felicitate permeat, & eſt illud diuinū; q̃ ſi in morbis adſit Hip. 1. prognoſt. 4. Et ibi Gal. vult illius ediſcendā eſſe prouidentiā; nā nos ambiens, temperamenta immutat, atque peruertit, dū aut immodicè calidior, aut immoderatè frigidior, aut impenſè humidior, ſicciorque euadit; reliquis enim cauſis nō omnes ſimul obnoxij reddimur, neque per totum diem occurſamus; aër autem nos extrinſecus ambiens omnibus nobis circumfuſus eſt, & per inſpirationē intrinſecùs trahitur. Neceſſe eſt igitur, vt ad eius alterationes iuxta ipſius temperamentum coafficiantur etiam animalium corpora; quare ad ſanitatis conſeruationē Antiqui aëris conſiderationem adeò neceſſariā iudicarunt, vt in rerum nonnaturalium numero medici primum ei aſſignauerint locum.

Peſtis inſpiratione fit.

Aër eſt diuinum in morbis.

Aër temperamenta immutat.

Aër in rebus nō naturalibus primū locum obtinet.

Alteratur autem, ac mutatur à ſole non quatuor anni temporibus tantùm, & a luna totidē quaternionibus, ſed etiam ſingulis diebus iuxta Sorani opinionem, itaut matutinum tempus veri correſpondeat, quod cum ſaluberrimum ſit, in eo etiā matutinus ſomnus ſuauis eſt, & tū ægri, tum

Aër à quibus immutetur.

Aër quater mutatur in die, & quater in nocte.

tum ſani ſeniores ſunt; quare id tempus in exhibendis medicamentis, & chyrurgicis operationibus exercendis à medicis opportunius iudicatur; ea enim tunc temporis facilius tolerant: Meridies Æſtati correſpondeat, ac æquipolleat. Veſpertinum tempus Autumnum repræſentet, & Nocturnum Hyemi ſit ſimile. Quod ſi dixerimus noctem etiam in totidem partes diuidi ſecundum aliquos, alterationis reſpectu, forſan non male dixerimus. Quare meritò (vt dixi) in rerum naturalium ordine primas obtinet; nam cum ſit naturę ſpiritualis, & tenuis, ei facillimè ob ſuam mobilitatem infinitę communicantur mutationęs, prout à cæteris elementis variè in ipſum agentibus, exercetur; ſui enim ſitus ratione purus conſeruari nequit, ſed neceſſe eſt alienis ſemper, varijſq; corporibus eſſe immixtũ, nã ab Igne calorem recipit, à Terra, & Aqua, frigiditate afficitur.

Aër cur nõ purus.

Item cum ſolis, & ſyderum radij per ipſum pertranſeant, in eoque recipiantur, à terræque opacitate reflectantur, diuerſimode aërem immutant, ac alterant; & cum eiuſdem ſolis, ac ſyderum virtute à terra, aquis paluſtribus, & vliginoſis locis varij generis vapores, & exhalationes trahantur, variè aër ipſe cõſpurcatur, eiuſq; puritas inficitur, & aliena qualitate alteratur, itaut impoſſibile ſit aliquam ſui partem puram adinueniri; quod quamplura, quę in aëre con-

for-

formantur demoſtrant; eorũ enim variatio certam aëris impuritatem denotat, & ipſum pluribus exhalationibus refertum oſtendit.

Hinc medici vt aëris perfectam aſſequantur notitiam, debent non ſolum eius qualitates animaduertere ſecundum Hip. 4. de morb. vulg. ſed etiam locorum ſitum, vti ipſum aërem immutantem, an ſcilicet ſit in æquata planitie, vel montuoſus, vel paludoſus, aut lacuſtris, aut ſiccus, quibus perfletur ventis, quibus irrigetur fluminibus, & aquis madeat; an maritimis auris ſit expoſitus, an arenoſis, & lutoſis obnoxius, & id genus alia. Quare de Patria ij bene meriti dicuntur, qui de ea ſcribentes, hæc omnia diligenter perſcrutati fuerint; inter quos non infimum locum tenent Excellentiſſimus Conciuis meus Hieronymus Rubeus in lib. 1. Hiſtor. ſuarum, & Thomas de Neris in Coment. ſuo de Tyburtini aëris ſalubritate, qui maximis efferendi ſunt laudibus, eorumque Conciues perpetuas eis gratias habere debent, cum ex eorum ſcriptis diſcant, quid de Patrio Cælo ſentiant, ſi quequid incommodi allaturus ſit, quibus remedijs, illum alterent, eiuſque intemperiem corrigant; quod maximi eſt momẽti, nã impurus aër omni ætati noxius, purus nulli ætati nõ vtilis. *Quę à Medico in aëre conſideranda.*

Et quoniam aër in duplici eſt conſideratione, vnomodo quatenus eſt purus, nullique corpori immixtus, is nempe, qui inter mundi elemen- *Aër duplex.*

ea ſortitur locum, calidus, & humidus; quiquidem vt ſic conſideratus, apud nos minime reperitur. Auic. lib. 1. fæn. 2. doctr. 2. c. 9. quod & de cæteris elementis dici poteſt, cum nullum ipſorum apud nos purum, & ſyncerum conſpici, ac reperiri poſſit. Secundo poteſt conſiderari quatenus non purus, ſed diſſimilium partium corpus eſt, qui ſecundum Gal. in lib. de reſpirat. in ſe ipſo particulas caliditatis, & frigiditatis habens, elementum propriè dici non poteſt; & hic eſt, quem inſpiramus, vaporibus, & exhalationibus mixtũ, de quo ſic ſumpto eſt ſermo noſter.

Nullum elementũ apud nos purum.

Aër, qui inſpiret.

Cum igitur Vrbs Rauenna ſit inter paludes extructa, eamque ipſę quaſi circumambiant ad Auſtrum, & Septemtrionem, iugiterque eleuentur ex illis vapores cœnoſi, duplicique illo priuetur beneficio, de quo apud Strabon. 5. Geograph. innundatione ſcilicet nõ mediocris partis Maris, Fluminumque alluuione, quę olim tetro medicabantur odori, dicendum eſt eius aërẽ non poſſe non eſſe paludoſum, ac vitiatum, cũ vniuerſa cœnoſitas, quę Mari, & Fluminum alluuione aſportabatur, nunc remaneat. Antiquitus verò Imperatores à tunc temporis Medicis edocti ob illa Maris, & Fluminum beneficia, quamuis Vrbs paludoſo ſitu conſtituta eſſet, eã incolere non timuere; quin potius gladiatoribus educandis, ac exercitatione erudiendis hunc maxime idoneum locum lanıſtę deſignarunt,

Beneficia quib' nũc Raue. priuetur.

Imperatores cur Rauennã inuolerẽt

prout

prout ex eodem Strabone idẽ Hieronym. Rub. in 1. lib. Hiſtor. refert. nam ſaluberrimus tunc erat aër, quia (ex Vitruuio) Aquarum fluxu, & refluxu agitabatur, atque expurgabatur, & quicquid erat putre, in Mare procul aſportabat̃.

Nec dicas Vrbem hanc adhuc beneficiorum altero frui, cum & duo Flumina ipſam alluant, eius mœnia lambentia, ideoque eodem vti commodo, quod Strabonis tempore liberè capiebat.

Quoniam noſtra Flumina nunc Ciuitatem lã bunt quidem, & attingunt, at non alluunt, vt Srabonis temporibus; quibus cum ab alluentibus Fluminibus cœnoſitas aſportaretur, id fieri non potuiſſet, ſi Flumina intra alueos, & agge res, vt nunc excurrunt, contenta fuiſſent; quod euidenter Strabonis verba oſtendere videntur, dum ex alluuione Rauennam Alexandriç Ægypti comparabat, in qua paludis vitium Nili incremento aſportatur. Scimus autem Alexandriç ita Nilum increſcere, & augeri, vt ſuperemineat aggeribus ipſis, campoſque innundet, & eâ extra alueum transfuſione ſecum omnes immunditias auehat, omneque cœnum euaneſcat, vt contigit noſtra in hac Vrbe anno 1636. ob Fluminum intra mœnia innundationem, qua omnes ſepulchrorum, latrinarum, ac viarum cœnoſitates expurgatę fuerunt. Quamuis enim Ciues ex ea debacchantiũ Fluminum alluuione aliquam prauam aëris corruptionem ſequuturam vererẽtur,

Noſtra Flumina Rauennã non alluere, vt Strabonis tempore.

Ægypti Alexandria in quo Rauẽnę comparetur.

Rauennę innundatio.

tur, ſecus accidit, eâ enim expurgatâ, ſalubritas maxima ſubſequuta fuit. Strabone itaque Alexandriam Rauennę ex hoc conferente, dicendū eſt, tunc temporis idem factum fuiſſe Fluminib' alluentibus, hoc eſt, extra alueum, ac riuos exeuntibus, & cœnoſitates impetu ſuo ſecum deuehentibus.

Aëre verò prædicto alluuionum beneficio ſalubri reddito, Aurelius Quietus, vt ſanitatem facilius tueretur, ſphæriſterium ſibi, & Hyppocauſtum Rauennę ædificari iuſſit; nam ob ea tunc Ciues optimo fruebantur aëre; quare variarum Ciuitatum Incolę ſanitatis ergo, huc commigrabant, vt teſtatur Hieronymus Rubeus vbi ſupra.

Rauennę ſitus. Eam autem omnes vno aſſerunt ore ad Septētrionem ſitam eſſe, & ſub Leone Septemtrionali ſigno, in aperto, & plano. Quę licet paludibus minime ſit obſepta, cum ad Occidentem gaudeat agrorum amænitate; attamen Auſtrum verſus, ac Septemtrionem, non eſt à paludibus longe diſſita; quo fit, vt cum iugiter, & inceſſanter ex eis à Sole vapores trahantur, ac eleuentur; priuſquā diſſoluantur, ac totaliter abſumantur, ſpirantibus Auris Septemtrionalibus in Ciuitatē demandentur, aërque reddatur inſalubris, præcipuè verò Auſtralibus flantibus ventis, qui cū non ſint vis exſiccatiuę ſicut Septētrionales, immo potius humidi, ac peſtiferi, aër diſcurrens, *Paludes Rauennę.*

&

& ſuper loca cœnoſa, & paludoſa ijs commotus corrumpitur; corruptioque illa ſimilis eſt corruptioni peſtilentię. Auic. in libel. de remouen. nocum. ſanit. tract. 2. cap. 13.

Cæterum cum Auic. c. 8. 2. 1. doctr. 2. ſum. 1. & Gentilis ibid. à terrę diuerſitate Vrbium differentias conſtituerint, alias dicentes eſſe lutoſas, alias petroſas, has arenoſas, illas limoſas, vel fœtentes, aut cœnoſas; *alias* (vt eius verbis vtar) *ſuper quarum terra eſt virtus metallina ſuperans*, eaſque qualitates in Ciuitatum aëre operari aſſeruerint; ex Rauennę terra eius aëris qualitas conijcienda eſt. Cum igitur ipſius humus ſit plurimum mollis, & aquâ madens, vix enim ferro, ac ligone foſſa, aqua ſcaturit, in eius aëre conſtituendo, humidiſſimum perinde, ac Romanũ eſſe dicendum eſt. Licet enim à Vitruuio lib. 6. cap. 1. Ciuitas Romana temperata dicatur, attamen eius Cælum, quàm ſit inconſtans, & inæquale omnes norunt, & docuit etiam Gal. 1. epid. tex 25. *Semitertianę febres prauę, Romę familiariſſimę ſunt ob infamem ipſius aërem*. idem teſtatus eſt Cæl. Aurel. lib. 2. acut. cap. 10. & lib. 1. chronic. cap. 3. & Plutarch. in problem. dicens. *Æſculapij templum ideo extra Romam ædificatum fuiſſe, quòd maior ibi aëris ſalubritas, quàm in Vrbe haberetur*. idem de Rauenna cenſendum, quę pari ſcatet humiditate, vt oſtendunt non tãtum eius ſolum, quod quaſi aquis obruitur, ſed etiam

Vrbium differentię.

Rauennę ſolum.

Rauennę Cælum humidũ vti Romanum.

Æſculapij templum cur extra Romam.

Parietes oſtendũt Rauennę humidita tem. tiam ædificiorum parietes, qui prę humiditate adeo corroſi vbique apparent, vt vſque ad hominis ſtaturę altitudinem calcis incruſtationem retinere non valeant.

Rauenna à quibus perfletur ventis. Et licet verum ſit Septemtrionalibus Ventis frigidis, & ſiccis Rauennam frequentiſſime perflari, attamen cum ſit in imo, ac plano poſita, à montibus viginti diſtans milliaribus, non modo Venti Septemtrionales, verum etiam calidi, & humidi Auſtrales ei dominantur, vt Septemtrionalium Ventorum cõmodum non ſit continuũ; ex quo apparet huius aëris inæqualitas, de quo teſtatur Vinc. Alzar. à Cruce, qui in hac Ciuitate perplures annos Medicinam exercuit, in lib. de morb. capit. in conſ. de catarrho; & turbidum eſſe, ac paludoſum, vt idem in lib. de quæſit. per epiſt. pro Eminentiſſ. Card. Caetano cent. 2. dum ipſum æquiparat Cælo, & aëri Romano.

Humiditatis incõmoda. Cum autem humiditas ſit putredinis pabulũ, non poſſumus ob prædicta ſtatuere Rauennę aërem ſalubrem dici poſſe; nam ambientis aëris humiditas non ſinit corporis ſuperflua, ac humiditates exiccari, quę ſi modum exceſſerint, ad excitandã putredinem habiles redduntur. Hip. 3. aphor. 11. & ſic ad febres ſuſcitandas; & præcipuè ſi terra, & clima totum, & particularia domicilia, in quibus ſunt humiditates, reddantur aquatica, & remollita; quę mox ſunt veluti

loca

loca nata cauſare ægritudines, qualia ſunt ſtagnalia, & paludoſa, in quibus aër eſt craſſus, inficiens parietes, adhærendo obuiantibus, ſicuti Rauennę, & Sardinię. ita Petrus Appon. in com. 8. problem. Ariſt. lib. 1. nam comparat Rauennam Sardinię Inſulę, quę ſecundum Pauſaniam, & Geographos plurimos eſt fertilis Inſula, meliori ſolo, quàm Cælo fruens, propè peſtilens, ac fœcunda, quare Martialis. *Sardinia locus peſtilens.*

Nullo fata loco poſſis excludere, cum mors
Venerit. in medio Tybere, Sardinia eſt.

Et Cicero Quintum fratrem monet, *vt valetudinem curet, memor, quamuis optimè valeret, tamen in Sardinia eſſe.* & in epiſt. ad Tigellium quẽdam Sardoum, *Hominem eſſe*, ait, *patria ſua peſtilentiorem*, ſunt enim in ea Inſula paludes multę, vti & Rauennę, quarum peſtifera eſt habitatio. idem Appon ibid. com 21. *Habitatio peſtifera.*

At peſtiferum Rauennę aërem habitum fuiſſe non à vulgaribus modo, ſed à ſupremis etiam Principibus teſtatur Iouius lib. 9. Hiſt. (licet Italico ſermone) quibus non præſumitur ignota fuiſſe aëris Rauennatenſis tẽperies. Quis enim putet clariſſimos, & celeberrimos eis defuiſſe Medicos, qui de Vrbis huius temperie eos certiores redderent? Clemens VII. Pont. Max. Patrię inimicos, ac rebelles pœna multaturus, eos (inquit Iouius) in loca praui, & infecti aëris relegauit, vt tandem ipſo necarentur, & ea enumerans *Rauennę habitatio peſtifera apud Summum Pontificem.* *Hiſtoria*

Aëris praui loca. merans, Piſaurum recenſet, Vrbem veterẽ, Terracinam, Senogalliam, & Rauennam. Ad quę loca, quidam deportati ſunt, quorum corda, & ſpiritus rabie inflammati, aëris prauitate maximè conterebantur(libri autem Hiſtoriarum probant, & fidem faciunt Doct in l. 1. ff. ſi cer. pet.) cui Hiſtorię credendũ eſt, quia Hiſtoria. Georg. Vall. in com. ad ſat. 10. Iuuen. quia iuxta Cicer. *Hiſtoria eſt teſtimonium, lux veritatis, vita memorię, magiſtra vitę, & nuntia vetuſtatis*, Et Hiſtoriâ negatâ, omnis politica, & omne decus ciuile peſſum daretur. Auguſt. Niph. lib. 2. de dæm. Terrâ enim madente, & habitationis loco præhumido, de facili fiunt febres ex Ariſt. p. 1. problem. 8. aëris ſiquidem ambientis humiditas, eo quia ſuperabundantiam in corpore exiccari non ſinit, putrefaciendi vim adiuuat. Gal. 3. aphor. 11. *Vallium Aër.* Aër autem Valles ambiens calidus, & humidus eſt; calidus quidem ob radiorum ſolis reflexum, humidus, quòd aſpirationes craſſas, & humidas exhalent; quis autem neſciat locum calidum non pauca in corpus humanum ferre nocumenta? Auic. 2. 1. cap. 10.

Nec obijcias locum calidum, & humidum humanę complexioni, & vitę principijs magis aptari, cum in calido, & humido conſiſtant; nã *Aër calidus, & humidus cur inconueniens.* aër ob cordis refrigerium, ac ſpiritus inſtaurationem attractus, ſi calidus, & humidus fuerit, inconueniens ſpiritibus, & cordis refrigerio redetur,

detur, ſanguiniſque, ac cordis defæcationi ine ptus, immo ſanguini immixtus ſua caliditate, & humiditate animam triſtitiâ afficiet, corpus laxabit, & aggrauabit; & ſi qua mala qualitas ei communicetur ob craſſitiem ſuam, eâ diù retinebit, ita Gentil. ſup. Auic. 2 1. ſum. 1. doct. 2. cap. 8

Rauennatem verò aërem craſſum, & paluſtrē eſſe, ideoque calidum, ſicut aliorum locorum infimorum, & vallenſium clariſſimè patet experientiâ, quam de eo omnes Chirurgi, tum veteres, tum recentiores ſumpſere, qui Rauennę, Ferrarię, & Venetijs capitis vulnera etiam grauiſſima non magno ſanarunt negotio, vt teſtatur Vincentius Alzarius lib. de quæſit per epiſtol. cent. 2. ad Donatum Capram, quod non facile euenit Florentię, Raguſij, & Bononię: Crurũ verò vulnera ægrè, & vix curantur; quod nõ aliunde fieri aſſerũt, niſi quia Vrbs hæc paluſtris eſt; Teſtatur autem id & Ariſt. 14. problem. 6. dum quærit. *Cur locis paluſtribus vulnera Capitis celeriter curari poßunt, Crurum verò tarde*, & Pareus lib. 10. cap. 8. & licèt ibi Ariſtoteles meminerit de vlceribus tantùm, & non de vulneribus, tamen Petrus Appon. in com. 18. probl. 1. inquit, id habere locum in omni continuitatis ſolutione, ſiue ſit plaga, quę eſt ſolutio ex recenti tempore, vel vlcus, quod eſt ex diutino iam habens ſaniem, ſiue atrtitio, ſiue excoriatio, vel ſcarificatio, aut ſciſſura.

Chirurgorum experientia de Rauenna ti aëre.

Herbę paluſtres omnes ferè Rauennę.

Addo ad demonſtrandum Rauennam paluſtrem eſſe, ac humidiſſimam, in eius ſolo, quot quot herbę paluſtribus locis creſcunt, produci, & reperiri, *Nititur enim terra ſuis ſtirpibus*, ex Cicer. *& res vnaquæque loco ſuę naturę idoneo abundare ſolita eſt*. Ariſt. 1. probl. 22.

Nam hìc Acorus falſus exoritur, qui in paluſtribus, & aquoſis locis tantùm germinat; Valeriana, quę in humido ſolo viuit; Arundo aquatica, & paluſtris, quę tàm abundè innaſcitur, vt pluribus locis horti eâ circumſepiantur, & prætereuntibus in eos proſpectum præpediat; Salices arbores, quę Cælo humecto tantùm delectantur; Plantago maior, quę lacunoſis locis alitur, ſicuti, & media, & aquatica; Chelidoniũ minus. Gratiola frequens in pratis vliginoſis, & paluſtribus; Pulegium; Mentaſtrum; Apiũ paluſtre; Tuſſilago, quę ibi naſci creditur, vbi ſubſunt Aquę, & hoc habent ſignum Aquileges; Typha aquatica, ab Italis Mazza ſorda dicta, quia eius lanugo, ſi aures ingrediatur, ſurditatem inducit; Nymphęę ſpecies à nympha, hoc eſt aquâ dictę, quod aquis gaudeant; Althea; Polygonum; Xyris, ſeu ſpatula fœtida; Eupatorium; Quinque folium; Equiſetum; Iuncus, de quo Virgil. Eglog. 1.

Limoſoque palus obducat paſcua iunco.

& Ouid. 8. metam. iuncos appellat paluſtres. Solanum halycacabum; Lenticola paluſtris, qua hìc

hic Anates, Anſeres furfuribus permixtâ diù nu triuntur; Scrofularia; Cucumis ſylueſtris; Sambucus aquatica; Arundo domeſtica. Arundo Vallatoria, quę à Virgil. 2. Georgic. dicitur fluuialis; Gramen; Hepatica, quę creſcit in fontibus, & ſaxis inhæret, & ideo dicitur etiam Ranunculus aquaticus; Ranunculi aliquę ſpecies; Perſicaria; Lancea Chriſti aliàs Lanciola; Perſonata Plin. lib. 25. cap. 9. ſeu Lappa maior; Scabioſa; Conſolida; Barba hirci; Vmbilicus Veneris, & alię quamplurimę breuitatis ergo omiſſę, quas vdi, ac vliginoſi ſoli amantes teſtatur Mathiolus rei herbarię peritiſſimus, cui aſſentitur Auctor hiſtorię generalis herbarum in proprio ſingularum capite, lib. 9.

Si quis autem contrarium aſſerere niteretur, eo quia Rauenna nunc temporis paludoſa minimè appareat, & Valles, quę à dextris, & à ſiniſtris Ciuitati adſtant, non ſint amplius profundę, ac madidę, vt antea, cum æſtate exiccentur, ita vt quilibet ſicco pede eo tempore per eas ambulare poſſit.

Rauenna paludoſa, licet paludes exicentur.

Dicerem Rauennam eſſe inter Paludes ſitã; Palus enim eſt locus aquoſus. Ad eſſe verò paludis non requiritur aquam in ea eſſe perpetuam, cum palus exſiccari poſſit, vt in Rauennatibus paludibus euenit; ex hoc enim differunt à lacu, qui nunquam exiccatur, ſed in palude terra ſemper vda, & madida remanet.

Palus, quę exiccatur grauius olet.

Immo Palus exhauſta, & ſicca è cœno, putri que terrâ, grauiorem redolet fœtorem, *graueque Cælum eſt vbi vliginoſa terra;* Vetruu. lib. 10. quibus autem inſidiantes ſunt paludes, nec per exitus profluentes, per flumina ſcilicet, vel per foſſas, quales Pontinę ſunt, ſtando putreſcunt, & humores graues, & peſtilentes emittunt. ita Matthæus Raderus in com. 4. lib. 4. epigram. Martialis, vbi reddit rationem, cur cum exiccantur ardentiore ſole, beſtię paluſtres moriantur; quia nempe grauiſſimus inde ſpiritus, & peſtilens exhalat; hincque Salapinos quotannis ob ſiccas paludes grauiter laborare; Quare Martialis vbi ſupra, volens Baſſum deſcribere hircum olentem, inductione rerum grauiſſimum odorem expirantium delineat, inter quas primũ locum ſiccę paludi tribuit, dum incipit.

Quod ſiccę redolet palus lacunę, &c.

Quapropter non eſt dicendum exiccatas æſtiuo calore paludes, reddi meliores, minuſque lædentes, aëremque magis ſalubrem; quinimmo addendum paludum exiccatione, & animalium in ipſis morte, aërem putreſcere, quod in Ægypto patuit poſt Nili inundationem, qua ceſſãte animalia perierunt; demortua putruerunt, aërque corruptus eſt, vnde peſtis orta fuit, vt refert Georgius Agricola lib. 1. tract. de peſte.

Peſtis Ægyptiaca.

Et cum conceſſum ſit Rauennam in paludibus fuiſſe extructam, neceſſe eſt eius ſolum imâ

ſaltem

ſaltem ſui parte adhuc paludoſum perdurare, nec vmquam paludoſi naturam amiſiſſe, ex quo poteſt ſol radijs ſuis vapores humidam, & paludoſam naturam referentes attrahere, eâ ſcilicet virtute, qua terrę penetralia pertranſit, & pretioſos lapides, ac mineralia in imis terrę partib⁹ progignit; ſulphureoſq; halitus, è terra ſulphur nutriente, ſuſcitat. *Rauenna in paludibus fundata ſem per paludoſa.*

Inſuper aër plus, minuſuè humidum capita replet. Hip. 6. epid. ſect. 8. tex. 12. Caput replet humidus, & craſſus, ac impurus, is videlicet, qui vt inquit Valleſ. in com. in locis humilibus eſt, iuxta aquarum ſtagna; tenuis autem, & ſiccus, qui in locis ſublimibus. Cum itaque Aër Rauennę non ſit in loco ſublimi, ſed humili, craſſus eſt, & humidus, nebuloſus, & grauis; inſuperque venti Auſtrini, & maritimi ſpirant, vt dixit Vincent. Alzar. à Cruce lib. de quæſit. per epiſt. cent. 2. ad Camillum Abbioſum. *Rauennę aër nebuloſus, & grauis.*

Eſt & aliud argumentum, quo probetur Rauennas ſitus eſſe paludoſus, & humidus; Ranarum nempe copia, quę hìc procreatur, ac degit; nam Rana, & maxime noſtras, eſt animal paluſtre ſecundum Horat. 1. ſerm. ſat. 5. 3. Iſidor. lib. 2. cap. 3. de piſcib. & Virg. 1. Georg. vbi de ranis ait. *Ranarum copia ſoli paludoſi ſignum.*

Meliusque Ranę garriant Rauennę.

Quod quidem animal cum humidũ naturâ ſit, humidum & pluuioſum annum earum copiam

indi-

indicare ait Ariſt. 1. problem. 22. vltraque ſolitum coaxantes, pluuiam præſagire dixit Plin. lib. 8. cap. fin. prope finem. ipſarum etiam copia ſignum peſtilentiale, & aëris corrupti eſſe ſolet ex Ariſt. vbi ſupra. Quare Ioan. Damaſcen. in ſuis aphoris. dicebat. *Quo anno in aliqua Prouincia copia fuerit animaliũ ex putrefactione genitorum, progignentur putredines, & peſtes in habitantium corporibus*; & licèt Ariſt. ibi non agat de noſtratib⁹ ranis, ſed de Phrinoidib⁹ quę ex limo pluuiâ in loca puluerulenta deſcendente caudatę gignuntur, quaſque aliquando æſtiuo tempore genitas non ſine admiratione ego met vidi, & obſeruaui; Petrus tamen Appon. in prædicti problem. com. dicit Ariſt. dictum verificari in quocumque animali ex putri genito, maximè in quibuſcũq; ranis in aqua frequentibus, quia humidę ſunt. Bart. Anglic. lib. 18. de propriet. anim. cap. 89. de Rana. Humiditatem verò eſſe putredinis pabulum, nemo eſt, qui ignoret.

Ranę peſtis ſignũ

Ranę phrinoides quę.

Ratio autem cur ranarum copia locum præhumidum denotet colligitur ex Ariſt. vbi ſupra *vti enim*, inquit, *locus eſt, ita natura facit*; & locus eſt locati conſeruatio; quia ergo ranę ſunt humidę; in loco aquoſo, & humido cõſeruantur, & multiplicantur. At cum Deus, vt plurimum ſecundarum cauſarum medio operetur, in peſte Ægyptiaca Pharaonis tempore, miſſę fuerunt ranę ſuper terram, vt Exod. cap. 8. & in Dalmatia

Ranarum copia locũ cur p̃humidũ denotet.

Peſtis ex Ranarum copia.

tia orta fuit peſtis, & ranarum multitudine. Appian. Alexandr. in lib. de bello Illirico; & Andreas Gratiol. in ſuo Catalogo peſtium fol. mihi 115. ex quo conſtat ranarum multitudinem eſſe putredinis prænuntiam.

At locorum humiditatem alia indicant animalia ex putri genita, qualia ſunt Culices, qui ex animalibus naſcuntur, neque coëunt ex Ariſt. lib. de generat. anim. cap. 16. ita vt imperfectiſſimo inſectorum modo generationis generentur viuunt enim ex humore, deinde formâ immutatâ, foris vitam incipiunt agere. Ariſt. lib. 1. de hiſtor. anim. & ex vaporibus putridis de cadaueribus, ac paluſtribus locis, & corruptis generari ait Bart. Anglicus lib. de genuin. rerum terreſtr. & infern. propriet. lib. 12. cap. 12. Vlyſſes Aldrouand. lib. 3. de inſect. de culicib. cap. 5. de loco. Dicuntur autẽ Culices ab aculeo, quo feriunt, & fortaſſe ab acuta voce, qua ſomnũ nocturnum arcent, vt ait Horat. *Culices indicant loci humiditatem.* *Culices ex quib' generent.*

Mali Culices, Ranæque paluſtres
Auertunt ſomnos.

Auidique adeo ſunt ſanguinis, vt hominum carnes acutiſſimo terebrante ſtimulo, quaſi euiſcerare præſumant; & aliquando tam immaniter infeſtant, ac pungunt, vt vix humanam videantur homines referre effigiem, quod contigit Bellonio, & Comitibus primâ nocte, qua in Cairum venerunt, nam à Culicibus ita fuerunt *Culicum moleſtię.*

vexati

Parietes oſtendũt Rauennę humiditatem.

tiam ædificiorum parietes, qui prę humiditate adeo corroſi vbique apparent, vt vſque ad hominis ſtaturę altitudinem calcis incruſtationem retinere non valeant.

Rauenna à quibus perfletur ventis.

Et licet verum ſit Septemtrionalibus Ventis frigidis, & ſiccis Rauennam frequentiſſime perflari, attamen cum ſit in imo, ac plano poſita, à montibus viginti diſtans milliaribus, non modo Venti Septemtrionales, verum etiam calidi, & humidi Auſtrales ei dominantur, vt Septemtrionalium Ventorum cõmodum non ſit continuũ; ex quo apparet huius aëris inæqualitas, de quo teſtatur Vinc. Alzar. à Cruce, qui in hac Ciuitate perplures annos Medicinam exercuit, in lib. de morb. capit. in conſ. de catarrho; & turbidum eſſe, ac paludoſum, vt idem in lib. de quæſit. per epiſt. pro Eminentiſſ. Card. Caetano cent. 2. dum ipſum æquiparat Cælo, & aëri Romano.

Humiditatis incõmoda.

Cum autem humiditas ſit putredinis pabulũ, non poſſumus ob prædicta ſtatuere Rauennę aẽrem ſalubrem dici poſſe; nam ambientis aëris humiditas non ſinit corporis ſuperflua, ac humiditates exiccari, quę ſi modum exceſſerint, ad excitandã putredinem habiles redduntur. Hip. 3. aphor. 11. & ſic ad febres ſuſcitandas; & præcipuè ſi terra, & clima totum, & particularia domicilia, in quibus ſunt humiditates, reddantur aquatica, & remollita; quę mox ſunt veluti

loca

loca nata cauſare ægritudines, qualia ſunt ſtagnalia, & paludoſa, in quibus aër eſt craſſus, inficiens parietes, adhærendo obuiantibus, ſicuti Rauennę, & Sardinię. ita Petrus Appon. in com. 8. problem. Ariſt. lib. 1. nam comparat Rauennam Sardinię Inſulę, quę ſecundum Pauſaniam, & Geographos plurimos eſt fertilis Inſula, meliori ſolo, quàm Cælo fruens, propè peſtilens, ac fœcunda, quare Martialis. *Sardinia locus peſtilens.*

Nullo fata loco poſſis excludere, cum mors
Venerit. in medio Tybere, Sardinia eſt.

Et Cicero Quintum fratrem monet, *vt valetudinem curet, memor, quamuis optimè valeret, tamen in Sardinia eſſe.* & in epiſt. ad Tigellium quẽdam Sardoum, *Hominem eſſe*, ait, *patria ſua peſtilentiorem*, ſunt enim in ea Inſula paludes multę, vti & Rauennę, quarum peſtifera eſt habitatio. idem Appon ibid. com 21. *Habitatio peſtifera.*

At peſtiferum Rauennę aërem habitum fuiſſe non à vulgaribus modo, ſed à ſupremis etiam Principibus teſtatur Iouius lib. 9. Hiſt. (licet Italico ſermone) quibus non præſumitur ignota fuiſſe aëris Rauennatenſis tẽperies. Quis enim putet clariſſimos, & celeberrimos eis defuiſſe Medicos, qui de Vrbis huius temperie eos certiores redderent? Clemens VII. Pont. Max. Patrię inimicos, ac rebelles pœna multaturus, eos (inquit Iouius) in loca praui, & infecti aëris relegauit, vt tandem ipſo necarentur, & ea enu- *Rauennę habitatio peſtifera apud Sũmum Põtificem. Hiſtoria.*

merans

Aëris praui loca.

merans, Piſaurum recenſet, Vrbem veterē, Terracinam, Senogalliam, & Rauennam. Ad quę loca, quidam deportati ſunt, quorum corda, & ſpiritus rabie inflammati, aëris prauitate maximè conterebantur (libri autem Hiſtoriarum probant, & fidem faciunt Doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet.) cui Hiſtorię credendū eſt, quia Hiſtoria. Georg. Vall. in com. ad ſat. 10. Iuuen. quia iuxta Cicer. *Hiſtoria eſt teſtimonium, lux veritatis, vita memorię, magiſtra vitę, & nuntia vetuſtatis*, Et Hiſtoriâ negatâ, omnis politica, & omne decus ciuile peſſum daretur. Auguſt. Niph. lib. 2. de dæm. Terrâ enim madente, & habitationis loco præhumido, de facili fiunt febres ex Ariſt. p. 1. problem. 8. aëris ſiquidem ambientis humiditas, eo quia ſuperabundantiam in corpore exiccari non ſinit, putrefaciendi vim adiuuat. Gal. 3. aphor. 11. Aër autem Valles ambiens calidus, & humidus eſt; calidus quidem ob radiorum ſolis reflexum, humidus, quòd aſpirationes craſſas, & humidas exhalent; quis autem neſciat locum calidum non pauca in corpus humanum ferre nocumenta? Auic. 2. 1. cap. 10.

Vallium Aër.

Nec obijcias locum calidum, & humidum humanę complexioni, & vitę principijs magis aptari, cum in calido, & humido conſiſtant; nā aër ob cordis refrigerium, ac ſpiritus inſtaurationem attractus, ſi calidus, & humidus fuerit, inconueniens ſpiritibus, & cordis refrigerio redetur,

Aër calidus, & humidus cur inconueniens.

detur, ſanguiniſque, ac cordis defæcationi inceptus, immo ſanguini immixtus ſua caliditate, & humiditate animam triſtitiâ afficiet, corpus laxabit, & aggrauabit; & ſi qua mala qualitas ei communicetur ob craſſitiem ſuam, eã diù retinebit, ita Gentil. ſup. Auic. 2 1. ſum. 1. doct. 2. cap. 8

Rauennatem verò aërem craſſum, & paluſtrẽ eſſe, ideoque calidum, ſicut aliorum locorum infimorum, & vallenſium clariſſimè patet experientiâ, quam de eo omnes Chirurgi, tum veteres, tum recentiores ſumpſere, qui Rauennę, Ferrarię, & Venetijs capitis vulnera etiam grauiſſima non magno ſanarunt negotio, vt teſtatur Vincentius Alzarius lib. de quæſit per epiſtol. cent. 2. ad Donatum Capram, quod non facile euenit Florentię, Raguſij, & Bononię: Crurũ verò vulnera ægrè, & vix curantur; quod nõ aliunde fieri aſſerũt, niſi quia Vrbs hæc paluſtris eſt; Teſtatur autem id & Ariſt. 14. problem. 6. dum quærit. *Cur locis paluſtribus vulnera Capitis celeriter curari poßunt; Crurum verò tarde*, & Pareus lib. 10. cap. 8. & licèt ibi Ariſtoteles meminerit de vlceribus tantùm, & non de vulneribus, tamen Petrus Appon. in com. 18. probl. 1. inquit, id habere locum in omni continuitatis ſolutione, ſiue ſit plaga, quę eſt ſolutio ex recenti tempore, vel vlcus, quod eſt ex diutino iam habens ſaniem, ſiue atrtitio, ſiue excoriatio, vel ſcarificatio, aut ſciſſura.

Chirurgorum experientia de Rauennati aëre.

Herbę paluſtres omnes ferè Rauennę.

Addo ad demonſtrandum Rauennam paluſtrem eſſe, ac humidiſſimam, in eius ſolo, quot quot herbę paluſtribus locis creſcunt, produci, & reperiri, *Nititur enim terra ſuis ſtirpibus*, ex Cicer. *& res vnaquæque loco ſuę naturę idoneo abundare ſolita eſt*. Ariſt. 1. probl. 22.

Nam hìc Acorus falſus exoritur, qui in paluſtribus, & aquoſis locis tantùm germinat; Valeriana, quę in humido ſolo viuit; Arundo aquatica, & paluſtris, quę tàm abundè innaſcitur, vt pluribus locis horti eâ circumſepiantur, & prætereuntibus in eos proſpectum præpediat; Salices arbores, quę Cælo humecto tantùm delectantur; Plantago maior, quę lacunoſis locis alitur, ſicuti, & media, & aquatica; Chelidoniũ minus. Gratiola frequens in pratis vliginoſis, & paluſtribus; Pulegium; Mentaſtrum; Apiũ paluſtre; Tuſſilago, quę ibi naſci creditur, vbi ſubſunt Aquę, & hoc habent ſignum Aquileges; Typha aquatica, ab Italis Mazza ſorda dicta, quia eius lanugo, ſi aures ingrediatur, ſurditatem inducit; Nympheę ſpecies à nympha, hoc eſt aquâ dictę, quod aquis gaudeant; Althea; Polygonum; Xyris, ſeu ſpatula fœtida; Eupatorium; Quinque folium; Equiſetum; Iuncus, de quo Vergil. Eglog. 1.

Limoſoque palus obducat paſcua iunco.

& Ouid. 8. metam. iuncos appellat paluſtres. Solanum halycacabum; Lenticola paluſtris, qua

hìc

hìc Anates, Anſeres furfuribus permixtâ diù nu triuntur; Scrofularia; Cucumis ſylueſtris; Sam bucus aquatica; Arundo domeſtica. Arundo Vallatoria, quę à Virgil. 2. Georgic. dicitur flu uialis; Gramen; Hepatica, quę creſcit in fonti bus, & ſaxis inhæret, & ideo dicitur etiam Rànunculus aquaticus; Ranunculi aliquę ſpecies; Perſicaria; Lancea Chriſti aliàs Lanciola; Perſonata Plin. lib. 25. cap. 9. ſeu Lappa maior; Scabioſa; Conſolida; Barba hirci; Vmbilicus Veneris,& alię quamplurimę breuitatis ergo omiſſę, quas vdi, ac vlìginoſi ſoli amantes teſtatur Mathiolus rei herbarię peritiſſimus, cui aſſentitur Auctor hiſtorię generalis herbarum in proprio ſingularum capite, lib. 9.

Si quis autem contrarium aſſerere niteretur, eo quia Rauenna nunc temporis paludoſa minimè appareat, & Valles, quę à dextris, & à ſiniſtris Ciuitati adſtant, non ſint amplius profundę, ac madidę, vt antea, cum æſtate exiccentur, ita vt quilibet ſicco pede eo tempore per eas ambulare poſſit.

Dicerem Rauennam eſſe inter Paludes ſitã; Palus enim eſt locus aquoſus. Ad eſſe verò palu dis non requiritur aquam in ea eſſe perpetuam, cum palus exſiccari poſſit, vt in Rauennatibus paludibus euenit; ex hoc enim differunt à lacu, qui nunquam exiccatur, ſed in palude terra ſemper vda, & madida remanet. *Rauenna paludoſa, licet paludes exi centur.*

Palus, quę exic- catur gra uius olet. Immo Palus exhauſta, & ſicca è cœno, putri que terrâ, grauiorem redolet fœtorem, *graueque Cælum eſt vbi vliginoſa terra;* Vetruu. lib. 10. qui bus autem inſidiantes ſunt paludes, nec per exi tus profluentes, per flumina ſcilicet, vel per foſ- ſas, quales Pontinę ſunt, ſtando putreſcunt, & humores graues, & peſtilentes emittunt. ita Matthæus Raderus in com. 4. lib. 4. epigram. Martialis, vbi reddit rationem, cur cum exic- cantur ardentiore ſole, beſtię paluſtres morian- tur; quia nempe grauiſſimus inde ſpiritus, & pe ſtilens exhalat; hincque Salapinos quotannis ob ſiccas paludes grauiter laborare; Quare Mar tialis vbi ſupra, volens Baſſum deſcribere hir- cum olentem, inductione rerum grauiſſimum odorem expirantium delineat, inter quas primũ locum ſiccę paludi tribuit, dum incipit.

Quod ſiccę redolet palus lacunę, &c.

Quapropter non eſt dicendum exiccatas æſtiuo calore paludes, reddi meliores, minuſque læ- dentes, aëremque magis ſalubrem; quinimmo addendum paludum exiccatione, & animalium in ipſis morte, aërem putreſcere, quod in Ægy pto patuit poſt Nili inundationem, qua ceſſã- *Peſtis Ægy- ptiaca.* te animalia perierunt; demortua putruerunt, aërque corruptus eſt, vnde peſtis orta fuit, vt refert Georgius Agricola lib. 1. tract. de peſte.

Et cum conceſſum ſit Rauennam in paludi- bus fuiſſe extructam, neceſſe eſt eius ſolum imã

ſaltem

ſaltem ſui parte adhuc paludoſum perdurare, nec vmquam paludoſi naturam amiſiſſe, ex quo poteſt ſol radijs ſuis vapores humidam, & paludoſam naturam referentes attrahere, eâ ſcilicet virtute, qua terrę penetralia pertranſit, & pretioſos lapides, ac mineralia in imis terrę partib' progignit; ſulphureosq́; halitus, è terra ſulphur nutriente, ſuſcitat. *Rauenna in paludibus fundata ſemper paludoſa.*

Inſuper aër plus, minuſuè humidum caput replet. Hip. 6. epid. ſect. 8. tex. 12. Caput replet humidus, & craſſus, ac impurus, is videlicet, qui vt inquit Valleſ. in com. in locis humilibus eſt, iuxta aquarum ſtagna; tenuis autem, & ſiccus, qui in locis ſublimibus. Cum itaque Aër Rauennę non ſit in loco ſublimi, ſed humili, craſſus eſt, & humidus, nebuloſus, & grauis; inſuperque venti Auſtrini, & maritimi ſpirant, vt dixit Vincent. Alzar. à Cruce lib. de quæſit. per epiſt. cent. 2. ad Camillum Abbioſum. *Rauennę aër nebuloſus, & grauis.*

Eſt & aliud argumentum, quo probetur Rauennas ſitus eſſe paludoſus, & humidus; Ranarum nempe copia, quę hìc procreatur, ac degit; nam Rana, & maxime noſtras, eſt animal paluſtre ſecundum Horat. 1. ſerm. ſat. 5. 3. Iſidor. lib. 2. cap. 3. de piſcib. & Virg. 1. Georg. vbi de ranis ait. *Ranarum copia ſoli paluaoſi ſignum.*

Meliusque Ranę garriant Rauennę.

Quod quidem animal cum humidū naturâ ſit, humidum & pluuioſum annum earum copiam

indi-

indicare ait Ariſt. 1. problem. 22. vtraque ſolli-
tum coaxantes, pluuiam præſagire dixit Plin. lib.
8. cap. fin. prope finem. ipſarum etiam copia ſi-
gnum peſtilentiale, & aëris corrupti eſſe ſolet ex
Ariſt. vbi ſupra. Quare Ioan. Damaſcen. in
ſuis aphoris. dicebat. *Quo anno in aliqua Prouin-
cia copia fuerit animaliũ ex putrefactione genitorum,
progignentur putredines, & peſtes in habitantium cor
poribus*; & licèt Ariſt. ibi non agat de noſtratib⁹
ranis, ſed de Phrinoidib⁹ quę ex limo pluuiâ in
loca puluerulenta deſcendente caudatę gignun
tur, quaſque aliquando æſtiuo tempore genitas
non ſine admiratione ego met vidi, & obſerua-
ui; Petrus tamen Appon. in prædicti problem.
com. dicit Ariſt. dictum verificari in quocumque
animali ex putri genito, maximè in quibuſcũq;
ranis in aqua frequentibus, quia humidę ſunt.
Bart. Anglic. lib. 18. de propriet. anim. cap. 89.
de Rana. Humiditatem verò eſſe putredinis
pabulum, nemo eſt, qui ignoret.

Ranę peſtis ſignũ

Ranę phrinoides quę.

Ratio autem cur ranarum copia locum præ-
humidum denotet colligitur ex Ariſt. vbi ſupra
vti enim, inquit, *locus eſt*, *ita natura facit*; & lo-
cus eſt locati conſeruatio; quia ergo ranę ſunt
humidę; in loco aquoſo, & humido cõſeruantur,
& multiplicantur. At cum Deus, vt plurimum
ſecundarum cauſarum medio operetur, in peſte
Ægyptiaca Pharaonis tempore, miſſę fuerunt ra
nę ſuper terram, vt Exod. cap. 8. & in Dalmà-
tia

Ranarum copia locũ cur p̃ humidũ denotet.

Peſtis ex Ranarum copia.

tia orta fuit peſtis, & ranarum multitudine. Appian. Alexandr. in lib. de bello Illirico; & Andreas Gratiol. in ſuo Catalogo peſtium fol. mihi 115. ex quo conſtat ranarum multitudinem eſſe putredinis prænuntiam.

At locorum humiditatem alia indicant animalia ex putri genita, qualia ſunt Culices, qui ex animalibus naſcuntur, neque coëunt ex Ariſt. lib. de generat. anim. cap. 16. ita vt imperfectiſſimo inſectorum modo generationis generentur viuunt enim ex humore, deinde formâ immutatâ, foris vitam incipiunt agere. Ariſt. lib. 1. de hiſtor. anim. & ex vaporibus putridis de cadaueribus, ac paluſtribus locis, & corruptis generari ait Bart. Anglicus lib. de genuin. rerum terreſtr. & infern. propriet. lib. 12. cap. 12. Vlyſſes Aldrouand. lib. 3. de inſect. de culicib. cap. 5. de loco. Dicuntur auté Culices ab aculeo, quo feriunt, & fortaſſe ab acuta voce, qua ſomnũ nocturnum arcent, vt ait Horat. *Culices indicant loci humiditatem.* *Culices ex quib' generent.*

Mali Culices, Ranæque paluſtres
Auertunt ſomnos.

Auidique adeo ſunt ſanguinis, vt hominum carnes acutiſſimo terebrante ſtimulo, quaſi euiſcerare præſumant; & aliquando tam immaniter infeſtant, ac pungunt, vt vix humanam videantur homines referre effigiem, quod contigit Bellonio, & Comitibus primâ nocte, qua in Cairum venerunt, nam à Culicibus ita fuerunt *Culicum moleſtię.*

vexati, vt poſtridie exanthematibus laborare viderentur. plura habet Plin. lib. 11. cap. 2. qui in hoc animali naturę opera valde admiratur, & Vlyſſes Aldrouand. vbi ſupra, & Martialis de his verba habens ait.

Et Adriaticus dulciùs cantet Culex.

Dantes verò voce, & punctúris moleſtiores eſſe muſcis cecinit.

Come la Moſca cede alla Zanzara.

Culices Muſcis moleſtiores. quod didicit ab Ariſt. lib. 4. de hiſt. anim. cap. 7. vbi ait. *Culices Muſcis acrius pungere*, quia eorum aculei ſunt duriores, & acutiores, quam Muſcarum. Hoc autem animal frequentiſſimũ *Culicis vbi regnent.* eſt locis Valliuis, & paludoſis, vt teſtatur Franciſcus Alunnus in ſua Fabrica Mundi, in verbo, Zanzara. Quod patuit Myone Ionij Vrbe maritima, cuius ſinum Meander amnis limoſus influens, præcluſis aduecto luto illius faucibus, ſenſim paludẽ, ex qua effecit tot enati ſunt Culices, *Myontij Ciuitatẽ deſerere coacti ob Culices.* vt eorum moleſtiã, & tædio, coactiſuerint Ciues Vrbem deſerere, & Miletum commigrare. Cum igitur & hìc Culices gignantur, dicendum eſt ſolum paludoſum, valliuum, & humidum eſſe.

Hirudines in paludoſo ſolo. Hirudines quoque ita dictę, quia ſecundum Iouianum Pontanum hærendo ſanguinem ſugunt, ac vorent, de quibus Horat. de arte poet.

Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.

non alibi gignuntur quam paludoſis, lutoſis, ac valliuis locis, & ex putredine. idem Franc.

Alunnus

Alunnus in ſua Fabrica Mundi n. 1092. in piſcibus, & Vlyſſes Aldrouand. lib. 7. de inſect. cap. 11. naſcuntur enim ex notabili putrefactione, Vgo Senen. ſuper Auic. 4. 1. de ſanguiſugis cap. 22. & Auic. vbi ſup. vbi adhibenda eſt Hirudo, præcipit, vt liniatur luto locus, quia ſponte hæret, cum diligat lutum, in eoque viuat, ita Iac. de partibus ſuper Auic. vbi ſup. & Gal. in lib. de ſcarific. ex Antyllo, & à Pierio Valeriano limoſa dicitur. *Vt adhæreant ad agendum*

Muſcę etiam, quę ſicut Culices, & Hirudines Rauennę quamplurimę ſunt, excellentem humiditatis gradum deſignant, ex humido putreſcente, & ex corruptione aëris, & cadauerũ procreantur. Et licet alius ſit generationis modus, putà coitus, non ſuis generis prolem producunt, ſed vermiculos procreant. Ariſtotil. lib. 1. de gener. anim. cap. 16. frequentius tamen ex putredine cadauerum, & carnium exoriri dixit Vlyſſes Aldrouand. lib. 3. de inſect. cap 1. in generat. in fine, & Auſtrinis tantùm diebus, qui humidi ſunt. Ariſt. lib. 5. de hiſtor. animal. cap. 9. *Muſcę.*

Addit Hieron. Mercur. lib. 4. var. lect. cap. 14. ex Strabone, Hiſpanis eſſe peculiarem Muſcarum multitudinem, eamque ſæpe comitari peſtilentiam, quapropter Romanos in Cantabria aliquando Præfectos conſtituiſſe, qui Muſcas venarentur, & pro numero captarum mercedem *Muſcarũ copia peſtem portendit.*

cedem reciperent. & Plin. lib. 10. cap. 27. ſcri bit Eleis Myagnum Deum Muſcarum inuocari ſolitum, ne earum multitudine peſtis inferretur.

Bombyces aërẽ corrumpunt.

Accedit Bombycum ingens copia: (non eſt autem Vrbis noſtrę peculiariſſima:) quorum educatio Veteribus Romanis, ac Græcis omninò ignota fuit, nunc verò notiſſima, tum ex regula eorum alendorum, quam tradit Hieronymus Suida eleganti carmine relatâ ab Vlyſſe Aldrouando, vbi ſupra, tum ex ipſo facto eſſe. Hìc enim nulla eſt vel exigua domuncula, in qua Bombyces quotannis non alantur; paupercul ę ſiquidem mulieres ipſum deferunt lectulum; ditiores verò in proprijs cubiculis eos nutriunt, in quibus degunt, & dormiunt. ex illis autem tam fœtidus exit odor, vt ægrè ſuſtineatur; eorum enim quamplurimi adhuc viuentes marceſcunt, & in ijſmet cubiculis diù detinentur, nec (vt opus eſt) ſtatim proijciuntur, quin potius eorum ſubſtramina detinantur. Quibus non obſtantibus, mulieribus ita ſunt in delicijs, vt ventorũ afflatus timentes, ne eis obſint, feneſtras, & oſtia occludant, vnde vapor putridus, ac fœtidus ab ijs exhalans, intra thalamos preſſus, partim per nares in cerebrum attrahitur, partim in cor per aſperam arteriam, in pulmoneſque recipitur, vnde vitalium, & animalium ſpirituum infectio excitur, totiuſque corporis pernicies. Cum autem omnium Medicorum aſſenſu, ex

quo-

quocumque putrido vapore aëris corruptio, & peſtis excitari poſſit, quis ambiget hæc animalia graue odore aërem inficere poſſe?

In hanc ſententiam Petrus Iacobus Zouell. in ſuo com. de peſte cap. 8. dicebat aliqua animalia aërem corruptum emendare, ac corrigere, vt equi; aliqua verò aërem corrumpere bonum, vt Serpentes, & Bombyces, qui non parum vitiant aërem. Quare tranſactis annis cum vicinas regiones peſtis graſſaretur, prouidè Rauennę lege cautum fuit, ne Bombyces alerentur, quos Andreas Gratiolus in ſuo diſcurſu de peſte cap. 14. aſſerit cauſam fuiſſe peſtis in Caſtro Deſenzano.

Animalia aërem corrigentia, & corrumpentia.

Peſtis ex Bombycũ halitu.

Anguillę item paruę, quę vulgari noſtro idiomate *Buratelli* nuncupantur Rauennę frequentes, odoris grauitate, humore prope mucoſo, & loco fœculento, cœnoſoque, in quo gignuntur, denotant paluſtrem ſitum, ac deteriorem aërem Gal. de ſuc. bon. & vitio cap. 9. & quamuis alicubi producantur ex aquis puris, nihilominus ſunt deterrimi nutrimenti; ideoque eorum habenda eſt ratio, cum de aëris ſalubritate agitur, ita Thomas de Neris de aëris Tyburtini ſalubritate cap. 4.

Buratelli locum paluſtre indicant.

Has (obiter dixerim) Vlyſſes Aldrouand. lib. 2. de inſect. de cicada cap. 13. ort. & generat. aſſerit inter ſe coëundo generare; quod tamen impoſſibile videtur, cum Anguillę, ne-

Anguillarum generatio.

que fœminę ſint, neque mares, licèt omnes fœmineo vocabulo nuncupentur. Ariſt. lib. 8. de Hiſtor. anim. in fin. & quamquam aſpectu aliqualiter inter ſe diſcrepent, vt maſ dicatur, qui capite eſt ampliori, & longiori, fœmina, quę repandiori; hæc diſcrepantia generis potius, quã ſexus dicenda eſt, vt obſeruat Io. Bruyerinus lib. 22. re cibaria cap. 9. de Anguilla: Præterea ex eodem Philoſopho 6. de hiſtor. animal. cap. 14. & Plin. lib. 10. cap. 68. & ex ipſa experientia, Anguillę non eſt ſemen genitale, neque ouum, neque meatus generationis, quomodo ergo coitus? Quare dicendum eſt duplicem eſſe earum generationis modum ab antiquis aſſignatum, alterum ſpontaneum, ex fœculenta, & limoſa materia, ex Ariſt. 3. de gener. anim. cap. 11. alterum de quo Plin. lib. 9. cap. 51. vbi de illis ſignanter inquit; *Dum atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viuiſcunt, nec alia eſt earum procreatio*; Quare cum puella annorum 14. de qua Gema. lib. 2. cap. 2. coſmocrit. cum alui excrementis emiſerit Anguillam cubitalis longitudinis poſt multos cruciatus, & tormina ſub dextro hypocondrio, quam geſtauerat veluti fœtum nouem mẽſibus, nulla videtur alia aſſignãda ratio, niſi quia puella potauerit aquam cœnoſam, & paluſtrem, in qua aliquid Anguillarum ſtrigmenti eſſet, ex quo Anguilla genita fuerit; quod etiam de ranis in ventriculo humano genitis, eo quia potatione

Anguillę neque fœminę neq; mares.

Quę maſ & quę fœmina dicatur.

Anguillis nõ eſt ſemen, neque oua.

Anguillarum duplex generationis modus.

Anguilla in ventriculo puellę genita.

Ranę in ventriculo genitę.

tione paluſtris aquę ranarum genitura mixta eſſet, & calore naturali fota fuerit, affirmat Rulãdus curat. emper. & Hiſtor. cent. 7 curat. 28. & Franciſcus Tidiceus à Schenchio relatus lib. 3. obſeruat. medicin. de ventriculo.

Illud quoque obſeruandum eſt, Vrbem hanc non ſublimem, ac eminenti loco ſitam eſſe, ſed in plano, ne dicam in profundo, cum vtriuſque fluminis illam circumfluentis ſolum emineat ipſi Vrbis pauimento; ex quo fit, vt vapores, & fumi è terra inferiori, & ima eleuati, à ventis nõ celeriter diſſipati, aliquantiſper immorentur. *Rauenna non eſt Ciuitas ſublimis.*

Inſuper publicę vię quà lateribus, quà ſilicibus olim delapidatę, dilapidatę adeo conſpiciuntur noſtrâ hac tempeſtate, vt pauciſſimę ſint, in quibus pluuiales aquę non conſiſtant, & cœnoſę non ſint, cum non expurgentur, immo cœnũ ſemper ibi ſit, virorem quemdam contrahunt, & biliosę fiunt; cœno autem prætereuntium vehiculorum rotis commoto, teterrimus efflatur odor, qui aërem, cui commiſcetur, valde immutat. Nec Vrbis tantũm, ſed Suburbiorum, quin & totius ferè agri vię aliquando eouſque limoſę ſunt, vt imperagrabiles ſint, ac penitus inuię. *Vię Rauẽnę vaſtatę.*

Id verò fit ex ægra, & peſſima eriuatione, cũ Aquæductus, quo Vrbs expurgatur adeò impari, & inepto ſitu effoſſus ſit, vt ferè toto anni tẽpore Vrbanorum hortorũ elices ſtagnanti aquâ, *Aquęductus malè appoſitus*

ideoq;

ideoq; corruptâ, propè exundantes conſpiciantur, tetrumque exhalent odorem, eo quia pluuiales, omneſque ſuperfluę aquę, per ligneum alueum, ſub Montonis fluuij ſolo locatum, effluant paulatim, & ferè dixerim, guttatim. Quo modo enim vel lento, ne dicam, citato curſu ef luxerit aqua, cuius riuus, & fluxus interceptus ſit, nedum non naturalis? Ligneis ſiquidem in noſtris fluminibus extructis ſeptis aquam detinẽtibus, ad molas frumentarias deducendam curſu retardato, eorum ſolum arenâ ex Appenino deuectâ, & aggeratâ expurgare nequit; quinimmo repletur, ac eleuatur, Vrbis autem deprimitur; quo fit vt Vrbanę aquę in proxima flumina non deriuatę per ſubterraneum, & ligneum amnem prædictum maximo Ciuitatis incommodo fluant.

Latrinarum ineptae expurgatio. Ad hæc, latrinarum expurgatarum immunditıes non aſportantur, ſed hìc deponuntur ad hortos Vrbanos ſtercorandos; Necnon quampluri- *Fimeta. Cloacę.* ma ſunt fimeta, & cloacę, vel ſubterraneę, vel per vias decurrentes, proluuies, ac fœda quæq; domorum cum maximo fœtore trahentes. Præterquamquod cadauera equorum, bouum, & huiuſmodi morticinorum, ne dicam proiecta diu, inſepulta permanent, ac vermibus ſcatent.

Sepulchra hominum. Præterea humana corpora, vt plurimum humantur, non quidem ligneis capſis pice nauali litis incluſa, ſed excauatâ ligone foueâ, iniectâ

humo

humo tumulantur, vel marmoreis, vel lateritijs conduntur ſepulchris; ex quibus omnibus ſepulturę generibus, putridi vapores eleuantur, vt ſenſit Hieronymus Manfredus in ſuo tract. de peſte cap. 8. & Andernacus in ſuis dialog. de peſte, diſcipulum ſuum corrigendi aëris rationem docens inquit *A Ciuitatibus remoueri debere omnia male olentia à locis earum publicis, ac priuatis*, & ea commemorans dixit. *à fimetis enaſcentia à lacubus expirantia, à Pellionibus, Tinctoribus, Lanijs, & ſimilibus ortum ducentia*. At ferè hæc omnia in Ciuitate Rauennę, intraque ipſius ſepta exercẽtur. Vnuſquiſque igitur perpendat, an ipſius aër ſalubris dici poſſit. Et Papinianus I. C. de via publica, præcipit ne Ediles curules permittant in vijs publicis fimetum, vel ſtercus deponi, minuſque animalia demortua, quę omnia aërem coinquinare dicit Gal. lib. 1. de tuen. ſanit. cap. 11.

Aëris correctio.

Poſtremo laniena, quam vernaculâ linguâ Macellum dicimus Vrbi adhæret, ex qua teterrimus, & ingratiſſimus ſpirat odor, maxime ad eam partem, in quam flante funditur vento, quẽ bruta, nedum homines non ferunt, qui locus cũ præterfluente aqua non ſatis abluatur; quamuis Lanij toto quadrageſimali tempore à cædendis ibi bobus abſtineant, indeſinenter eam graueolentiam reddit, qua aër infici poteſt; & licèt nõ in tota Vrbe, in priuatis domicilijs, flantibus

Macellũ Rauennę vicinum.

Peſtis ex domo particulari.

maxime

maximè Auſtralibus ventis ita alterari valet, vt peſtis ſuſcitari queat, vt docet Andr. Gratiol. in diſcurſu ſuo de peſte cap. 8. vbi peſtes in Germania frequentiores ait oriri ex particularibus domibus, quę fœdę ſunt (abeſt enim ſcopa, & mūdities) ac peſſime olentes, non verò à Cælo, & aëre.

Lutetię Pariſioſiorũ infelicitates.

Quas ferè omnes infelicioris ſtatus notas recenſet de Lutetia Pariſiorum, quam Scaliger I. C. lutoſã appellat, Iulianus Palmarius in epiſt. & præfat. lib. de peſtilentib. febribus. *Vrbs* (inquit) *hæc infinitis iam morbis, atque peſtilentibus febribus obnoxia euadit; nam præter luti, & cœni, quę vijs publicis aggerantur graueolentiam, cœnoſa præterea, ac fœtida aqua omnes Vrbis cloacę redundant, quę minimè in proximam Sequanam ſeſe exonerant, ſed alię ad alias partes diuertũt, omnes Vrbem, & Suburbia perreptantes fœtido vapore viciniam inficiunt, atque contaminant, calido præſertim, & æſtuoſo Cælo; ſed nec graueolentia Vrbis purgamenta, quę è vijs publicis colliguntur, ſatis procul ab Vrbe exportantur, aut ſpecubus induntur, verum in medijs Suburbijs conſeruata putreſcunt, tetriſque vaporibus aëra replent, & inficiunt. Cum ijs namque, & demortuos canes, ac feles, & altiliũ interanea, aliaque huius generis cdaauera putria inferunt, quę grauem admodum fœtorem expirant, qui vel ſolus inducere peſtem poſſit. Qui latrinas purgant vix Vrbem egreſſi, fœtidiſſima hominum ſtercora iuxta vias publicas pone*

Sub-

Suburbia cumulant, aut ijs vicinam terram ſtercorant, quare omnia fætore impleri neceſſe eſt, qui prætereuntibus pro ſuffitu ſit, ſeque in Vrbem diffundat. Poſtremo Coriarij omnes in media Vrbe accepti ſunt, vbi fœtidiſſimo adipe dum Coria inungunt, totam viciniam inficiunt. Xenodochium in media Ciuitate poſitum exiſtit. Quis verò apertè non videat prædicta oĩa de Vrbe hac (heu nimium!) verificari?

Verùm cum aëris qualitates examinantur, aquarum etiam differentias, & qualitates conſiderare opus eſt. Hip. lib. de aër. loc. & aq. tex. 3. habent enim magnam ſymboleitatem; cum aqua ſit veluti aëris materies, aër autem quaſi quaſi quidam illius actus. Aqua namque potentia aër eſt. Ariſt. 4. phyſ. tex. 51. cum ex vno aquę pugillo generentur plures aëris. Ariſt. 23. problem. 16. *Aquę cõſiderandę cum de aëre agitur.*

Nec potabilium tantùm habenda eſt ratio, ſed earum etiam, quę in exteriori vſu habentur, & loci habitabilis partes exiſtunt, quarum vſus ad vitę conſeruationem vtilis, & neceſſarius exiſtimatur. Terra enim aliàs ſterilis, aquę irrigatione germina producit, & fruges; animalia potum ſumunt, ſitimque ſedant; nec commodè ſine ea homines diù vitam traducunt; nam panis eâ conficitur, edulia coquuntur, quin & ipſa medicamenta perficiuntur; quapropter ſcire Medicum oportet, quę, & qualis aqua idonea ſit, & commoda. *Aquę vtilitates.*

Aquę Rauennę paluſtres.

Cum itaque Rauennę aquę paluſtres ſint, & ſtagnantes, prauę qualitatis eſſe dicendum eſt cum Auic. fen. 2. 1. doctr. 2. cap. 16. Nec ſicut in Ægypto ſalubres ſunt, quoniam ibi æſtate non putreſcunt, autumno autem alluens paludes Nilus, eas purgat, recentibuſque replet aquis, ita Gentil. in com. d. cap. 16. Auic. quod fortaſſe antiquitùs Rauennę contigit, cùm à fluminibus terrę cœnoſitas expurgaretur; noſtris autem his temporibus, cũ non ſint fluxiles, quin potiùs pluuiales ſemper addãtur, ſole exurẽte neceſſe eſt pallidas, prauas, craſſas, & bilioſas eſſe ex Hip. lib. 3. de aër. loc. & aq. tex. 2. Verũtamen quales nunc ſunt, olim fuiſſe hic aquas colligitur ex verbis Sidonij Apollinaris ad Felicem *Vluoſę petijſſe ſitim Rauennæ*. Vluoſam nuncupauit ex cœno, & alga, quę herba eſt marina, ſalſã autẽ aquâ dulci permixtâ ſiti laborabant. Et explicatiùs ex eodem ad Heronium. *In medio vndarum ſitiebamus, quia nuſquam Aquaductũ liquor integer, vel Ciſterna defæcabilis, vel fons irriguus, vel puteus illimis*. Cum enim ſegnes perpetuò ſint, deſides, collectitię, ac limoſę, facilem putredini concipiendę acquirunt diſpoſitionem, præſertim Verno, & æſtiuo tempore, quo reſeratis terrę poris, & occultis meatibus, ſurſum elati vapores eius viſceribus contenti, qui aquę occurſu non euaporantes, ei admiſcentur, facillimè putreſcunt, prementibus maximè auſtralibus.

Aquę bilioſę Rauennę.

Aquę cur Vere, & æſtate putreſcant.

Cum

ſtralibus ventis, & adurentis ſolis calore, cuiuſ ui earum partes ſubtiles, craſſioribus remanentibus, reſoluuntur, & putrefactioni locum præbent. ita Gentil. in d. cap. 16. Auic. vbi aquarũ ſtantium incommoda enumerat.

Præterea noſtrates aquę odorem, colorem, & ſaporem habent, quibus optima carere debet aqua, vt longâ oratione probat Septal. in 3. de aëre loc. & aq. *Aquę pſſimę quę.*

Addo, aquas, quibus maior Ciuium pars ad cibaria decoquenda vtitur, eſſe Puteales, quę illaudabiles ſunt, quia conſtrictę nimis, diùque terrę paludoſę viſceribus concluſę terreſtreitatem, craſſitiemque multam concipiunt; ex Philoſophorum enim ſententiâ talis eſt aqua, qualis terra, per quam fluit. Ariſt. lib. de ſenſ. & ſenſib. ea ratione quia ſemper in viſceribus terrę poroſę eſt aliquis calor euaporans, & vapores aquis ibi recluſis commixti, neque ſole, neque ventis purificantur, ideoque facile putreſcunt; quod idem in corporibus noſtris euenit, in quibus ex vaporum recluſione fiunt febres putridę. *Aquę puteales il laudabiles.* *Aqua talis qualis terra per quam trãſit.*

Et licèt Auic. dixerit, *Aquarum putealium malitiam corrigi crebræ extractionis motu, vt fluentes dici poſſint*; non abſolutè loquutus eſt, ſed reſpectiuè. Quapropter non aſſerit puteales aquas eſſe perfectas, ſed motu extractionis, paludoſis eſſe minùs malas; cum enim ſolis radijs, cuius eſt eas purgare, & moderari, minimè feriantur, *Aqua putealis an ex motu corrigatur.*

ſemper earum malitia perdurat, quod ſenſerunt Ariſt. de Nili aquis dicens, *Moderatam decoctionem, inſignemque alendi facultatem à Sole conſequi*; & Imperator ille, qui militibus vinum expoſcentibus reſpondit: *Nilum habetis, & vinum quæritis?*

Aq. Nili à ſole excoquitur.

At quoniam Nebulę humidę ſunt, & vt plurimum in aquas ſoluuntur, non abs re eſt dicere atras hic, & graues gigni Nebulas, aliquando tamdiù perdurantes, vt integris propè menſibus ſol à nobis non conſpiciatur. Eę autem gignuntur vaporum copiã ex locis humidis ab imbecillo calore eleuatorum, qui in infima aëris regione non poſſunt ob ſui ſpiſſitudinẽ in rorem, aut pruinam conuerti, quę niſi ſolis virtute, ac præſentiã diſſipentur, futurę pluuię ſunt indicium, ac origo. ex Hip. lib. 5. de aër. loc. & aq. tex. 34. vbi de Scytis verba habens ait. *Nebula magnã diei partem campos occupat, & in humido degit*.

Nebulæ ex quib' genereñ.

Quamuis autem ab Ariſt. 1. meteor. cap. 5. dicatur. *Nebulam dare euidentius tranquilli Cœli ſignum, quàm aquarum*, intelligendum eſt de nebula deſcendente, non verò de qua loquimur aſcendente, in pluuiam facilè conuertibili, cui, ſi aliquamdiù duret, maxima ineſt vis nocendi, quippequę florum, & germinantium vinearum corruptiua eſt, & grauiſſimarum ægritudinum in animalia inductiua; hìcque communi malo factum eſt aliquando vt breui, omnes agrorum fructus populata fuerit; illa verò, deſcendens ſcilicet

Nebulæ quando dicatur trãquilli cœli ſignũ.

licet, nubis eſt excrementum, & reliquia, quę non potuit ſic conſtringi, vt in aquam tranſmutaretur, ideo ab aliquibus dicitur, *Nubes ſterilis, & ſerenitatis ſignum*.

Cum igitur, vt ſupra dictum eſt, Rauennę aquę multę ſint, & ſubſalſę, ideoque ſublimes, quę æſtate calidę ſunt, ſolis ardore vehementi ſubiecto craſſiori impreſſo, hyeme frigidę, cum ſolis virtus tunc ſit imbecillis, auſim ferè dicere, niſi obſtaret Coſmographorum omnium ſententia, Vrbem hanc non ſub ſigno, & Cælo Septentrionali ſitam, ſed ad Auſtrum iuxta Hip. lib. de aër. loc. & aq. ac Pet. Appo. in com. 6. prob. Ariſt.

Nec obijcias, ad Septentrionem ſitas dici Vrbes, quę Auſtralibus Ventis expoſitę non ſunt, & à Septentrionali tantùm plaga flantes excipiunt. Nam Rauenna licèt aliquos Septentrionales vẽtos admittat, cum contrarios non excludat, nõ dicitur, tamquam proprijs, & peculiaribus, Septentrionalibus ventis afflari ſecũdum Hip. lib. 2. de aër. loc. & aq. & ibi Septal. tex. 1. quia nõ ſatis eſt locum aliquem ventos recipere, niſi à cæteris ſaltèm contrarijs defendatur, quare Hip. ibi dicebat. *A ventis autem Septentrionalibus protecta ea Ciuitas exiſtit, vt Ciuitas dicatur ſita ad Auſtrum*; ita è contra dicendum eſt de Septentrionalibus Ciuitatibus, vt neceſſe ſit eas protectas eſſe à ventis Auſtralibus. Rauenna itaque, quę in plano, & in aperto ſita eſt, nulloque monte

Ciuitates Septentrionales, quę dicantur.

obiecta, cum viginti ſaltem milliaribus à monti bus diſtet, Septentrionales eſſe poteſt aſſeri. Quod ſi eius aër ſtabili potiretur ſalubritate, vt à pleriſque dicitur, Ciuitas Orientem ſpectaret non Septentrionem, ſecundum eũdem Hip. 2. de aër. loc. & aq. optimaque, & moderata fruceretur temperie; at contrarium experimur, cum & in actiuis, & in paſſiuis qualitatibus in ea ſit exceſſus; nam eſt ſub Leonis ſigno, quem cum ſol peragrat exceſſiui communicantur ei calores cumque gelidiſſimos ſuſtineamus hyemes, quib' arbores ipſę, & vites aruerunt aliquando, quis neget inæqualem, incoſtantem, & intemperatum eſſe aërem?

Rauen. in tempera- ta in qua litatibus in exceſſu

Ex quo primarum in aëre qualitatum exceſſu facile morbi inducuntur, & ideo Hip. 3. aphor. 1. *Mutationes temporum potiſſimum pariunt morbos, & in ipſis temporibus magnæ mutationes frigoris, & caloris, cæteræque ad proportionem*; nam ſi aër, qui intemperatus eſt attrahatur, & per cutis poros intrò recipiatur, corpus à naturali ſtatu permutat, ac deijcit, & maximè ſi exceſſus ſit in calido, & humido, quia putredines ex eis ſuſcitantur, & peſtilentes procreantur morbi. Gal. 1. de differ. feb. cap. 4. & quamquam putredo per ſe venenum non producat, attamen per eam humores adeò diſſimiles à natura ſua redduntur, vt aliam induant, noſtrę, tamquam venenum, inimicam. Hip. 1. epid. ægrot. 9. Gal. de vſu. ther.

Qualitatũ exceſſus morbi inducendi occaſio

Putredo per ſe non producit venenum

ad

ad Pamphil. 6. in 6. epid. com. 5. & 6. de loc. affect. cap. 7.

Nec arguas frigus eſſe qualitatem putredini repugnantem, ſine qua peſtis numquam euenire poteſt; immo peſtem æſtiuo tempore, aut Autumnali excitatam, hyeme ſubſequente extingui *Peſtis æſtiua, hyeme extinguitur.*

Nam reſpondetur frigiditatem putredini quidem obſiſtere, ſi moderata ſit, ſecus ſi in exceſſu valde prædominetur; at hìc in exceſſu eſſe oſtendit Vitium, & Arborum ariditas ex ea contingẽs cuius nuper meminimus. *Frigiditas, quę putredini reſiſtat.*

Nec obſtat peſtem Æſtiuam, & Autumnalẽ, hyemali frigore compeſci, quia id prouenit nõ frigoris ratione, quatenus frigus eſt, ſed quatenus Æſtiuo, & Autumnali calori eſt cõtraria cauſa, id quod euenit cum Hyemali tempore ex ſolo frigore peſtis oritur, quia Æſtiuus calor, vel vernalis proſunt, & ſi calor ſit qualitas putredinem fouens, non certè vt calor eſt, ſed vti contraria cauſa. Certum eſt autem aliquando frigus adeò intenſè prædominari, vt non ſolum per antipariſtaſim calidum natiuum repercutiat ſed magis, ac magis penetrando eumdem extinguat; quod patet in plantis, & arboribus eo arẽtibus; Id quod Ciuitas noſtra ſuperioribus annis experta eſt in primario Viro S. Saluatoris Canonico, qui Pinetum niue obſitum peragrans, à via, & ſemitis aberrans, integrâ nocte intenſiſſimum frigus paſſus eſt ſub dio, quapropter extremi *Frigus aliquando extinguit calorẽ natiuũ.* *Gangręna ex frigore.*

tatibus

tatibus pedum, ac dextro oculo gangrenâ affe-ctis, paucos poſt dies vitâ ceſſit.

Frigoris incommoda.

Nec mirum; nam frigus ſua penetratione, quando in magno exceſſu prædominatur, ſanguinem quodammodo in venis conglaciat, ſpiritus diſſipat, ac deſtruit, calorem pene extinguit, humoremque regimini ineptum reddit, vniuerſumque corpus obſtruit, humores vitioſos ad centrum reflectit, & externam tranſpirationem ſummopere neceſſariam prohibet; demumque putredo oritur, ac interna corruptio. Gal. 3. epid. com. 30. & 33. & licèt dici poſſit, id non per ſe contingere, concedendum eſt ſaltem per accidens euenire. & Andernacus in ſuis dialog. de peſte fatetur, non ſolum ab humida, & calida aëris intemperie aërem corrumpti, peſtemq; induci, ſed etiam ab intemperie frigida, & ſicca, ſicuti genitam fuiſſe teſtatur Bernardinus Corius Hiſtoricus, qui aſſerit anno 1234. in Inſubria ortam fuiſſe ob frigus intenſiſſimum, quo Padus conglaciatus onerarios ipſos currus mercibus onuſtos ſuſtinuerit, ac ſi eius aquę marmoreę fuiſſent. & Romę anno à mundi creatione 3558. tempore Aur. Corn. Coſſi. & Titij Q. Pœni Coſſ. orta eſt peſtis, ob ingentiſſimam ſiccitatem, quam Liuius lib. 4. decad. 1. his recenſet verbis. *Siccitate eo anno plurimum laboratum eſt. Nec cæleſtes modo defuerunt aquę; ſed terra quoque ingenito humore egens vix ad perẽnes ſuffecit amnes.*

Peſtis ab intemperie frigida.

Peſtis ex ſiccitate.

De-

defectus alibi aquarum circa torridos fontes, riuoſque ſtragem ſiti pecorum morientium dedit: ſcabie alia abſumpta, vulgatique contactu in homines morbi: & primò in agreſtes ingruerant, ſeruitiaque; Vrbs deinde impletur, nec corpora modo affectatabo, ſed & animos quoque multiplex religio, & pleraque externa inuaſit. Ratio autem cur hæc conſtitutio peſtes ſuſcitet eſt, quia ſiccitas immoderata, conuenientem maturitatem ſegetibus, quibus tum homines, tum bruta aluntur, denegat, nutrimentũ parcius, & minus laudabile largiens, vnde quodammodo ſemicoquuntur, ſeu potius inæqualiter, quia extrinſecùs aduruntur, intrinſecùs autem adhuc planè crudę ad inſtar carnium ignis violentiâ aduſtarum, potius quàm coctarum, cruditatum, & indigeſtionis cauſa exiſtunt. Addo, ſiccitatem nimiam humores noſtri corporis torrefactos inſpiſſare, qui tandem in atram bilẽ degenerant, ex qua carbunculi, & Anthraces ſuſcitantur. Accedit, ex ſiccitate ſpiritus, & calorem natiuum diſſipari, robur, & functiones eorum imminui, & euerti; indeque indigeſtiones, cacochimias, humorumque putredines, tã demq; malignas, ac peſtiferas qualitates exoriri. *Siccitatis incommoda.*

Quare licèt dicatur ſiccum magis ſanum, & ſiccitatis qualitatem putredini inimicam eſſe; at tamen caliditati iuncta æſtiuo tempore maiori violentia actionem ſuam imprimit, cum lima caloris eſſe dicatur; quapropter in aëre, & hu- *Siccitas calori coniũcta magis imprimit.*

moribus aduſtionem inducit; videmus autem peſtis tempore, carbones, bubones, variolas, & morbillos, qui vt teſtatur Conciliator, faciliùs producuntur, ſi diutina ſua actione in Regione ea leſacta exiccauerit paludes, ſtagna, & aquas deſides; quod in Rauennati ſolo contingere poteſt, cum ex illis ſuſcitantur vapores putridi, qui ei communicantur And. Gratiol. in ſuo diſcurſu de peſte cap. 5. Ex calore autem, & ariditate in genti peſtem oriri poſſe cecinit Vigil. 3. Æneid.

ſubitò cum tabida membris
Corrupto Cæli tractu, miſerandaque venit
Arboribuſque, ſatiſque lues, & lethifer annus.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora, tum ſteriles exurere Syrius agros.
Ardebant herbæ, & victũ ſeges ægra negebat.

Fructus in Rauennati ſolo. Et quamuis rura Rauennę proxima ſint pluri mis arboribus conſita fructiferis, paucę in notabilem creſcunt altitudinem, & craſſitiem, ſed euiratę, ac imperfectę conſpiciuntur, earumque fructus non benè matureſcunt, vt in Phaſis Regione, qualis noſtra eſt, paluſtri, multa caligine ab aquis productâ, occupatâ. Hip. 5. de aër. loc. & aq. tex. 17. 18. 19. inſuaues, fatui, & excrementitij.

Phaſis Regio.

Et quamuis Strabo lib. 11. de flumine Phaſi de verba habens, & de eiuſdem nominis Vrbe, contrariùs videatur Hippocrati, qui dixit, *Bonam eſſe Regionem, fructuſque eius bonos melle dempto,*

pto,

pto, quod plerumque amaioris aliquid habet; ille eò loci agit, de Colchorum regione, per quam fluit Phaſis ampliſſimus fluuius, ad cuius oſtia decliuia, & paluſtria Phaſis Vrbs eſt, & ſequitur, *& Regio eſt bona*, Hippocrates autem intelligendus eſt de reliqua Regione, quę ripis eius adiacet, non tamen oſtia verſus, quę paluſtria ſunt, & vbi Phaſis Vrbs eſt ſita.

Quamquam verò Rauennę ſit duorum flumi num acceſſus, quorum fluxu ex Ariſt. 4. meteor. agitatus aër bonâ frui poſſet qualitate, malâ po tiùs corrumpitur; nam præterquamquod lento feruntur amne, æſtiuo tempore, quo ſalubri aë re magis indigemus, eorum aquę peſſimè olent ob lini, & canapis macerationem; prauoque, & ingratiſſimo odore lædunt, calore mouendi, & odores ſurſum ferendi vim obtinente. Ariſt. 10. problem. 19. Infuſio autem lini, & mollitio ab Auic. in lib. 4. fœn. 1. tract. 2. cap. 1. enumera tur inter putre dinis cauſas, & inter ea quę ſpiri tum perturbant, debilitant, & pernecant.

Flumina Rauennę quando noxia.

Lini mollitio putredinis cauſa.

At poſito horum fluminum humiditatem benignam eſſe, & exiguam, apta tamèn non eſt na tiuum noſtrum humidum, aſſiduè euaporans inſtaurare, vt nonnulli exiſtimarunt ſecundum Baccium lib. 7. de therm. cap. 22. cum tantùm id fiat ciborum, & potus ope. Gal. 4. aphor. 13. *Cibo quicquid ſubſtantię ſiccioris effluit, potu quicquid humidioris reſtituitur, atque ſarcitur*. Gal. 1. de ſa

Humidū noſtrum inſtaurat tantùm cibo, & potu.

 nit.

nit. tuen. *Si enim nihil e noſtro effluerer corpore, alimento minimè opus eſſet; ſed quoniam continuè effluit ideo huius proportione cibi quantitatem deſinimus.* dicebat idem in lib Hip. de rat. vict. in morb. acut. com. 1. tex. 44. & quamquam Cardanus dixerit minus natiui humidi conſumi in humidiori Cælo, non ſequitur, illud aëreo humido reſtaurari, cum tantùm cibo, & potu reſarciatur; nã omnia quę in eſcam animalibus data ſunt, non ſolum elementis conſtant, ſed etiam humidum radicale ab Omnipotenti Deo obtinuerunt, quo animalium, quibus in eſcam cedunt, ſpiritus in ſitus, humidumque radicale, ac calidum innatum conſeruetur, ac impedietur, ne citius quã oporteat, conſumatur; quicquid enim calidi innati, & humidi radicalis inſitum eſt cibis, animalia ſibi apponunt, & quod mixtum eſt, ac inutile excernitur, ſicque non aëris, ac fluminum humiditate, ſed ciborum humido radicali humidum noſtrum, quo vita vehitur, quodammodo reſtauratur. ita Daniel. Sennert. inſtit. medic. cap. 5. de calido innato. Laurent. Scholzius in ſuis aphoriſ. ſect. 2. de calido innaro, & humido radicali.

Veſcibilia humidum radicale obtinent.

Ad hæc, fluminum oſtia parum ab Vrbe diſtant, ibique cœnoſitates, & immundities retinentur, quas flumina ſecum aſportant, & ad mare deducunt; eę verò ad oſtia reiectę, & depoſitę, aëri prauos communicant vapores, quibus inſi-

Fluminũ oſtia retinent cœnoſitates & immundities.

inficitur, & hac, prę alijs, fortaſſe de cauſa, Incolę Plateę maioris (hæc celebris eſt in Ciuitate noſtrâ via) dicuntur inſalubriori aëre vti, ideoq; frequentiùs morbis eſſe obnoxij, nam ſpirantib' auris, exhalationes inde eleuatę deducuntur ad ea loca, per quę afflatu ſuo tranſeunt, & maximè ſi parum diſtent, vt Bart. Traffichet obſeruat. in lib. de conſeruat. ſanit. lib. 3 c. 8. Id verò de facili contingere, Peſtis Britannica anno Dñi 865. ex Locuſtarum copiâ ad oſtia maris aſportatâ, ex orta; necnon Africana anno à Creatione Mundi 2863. tempore Pub. Plan. Hipſei, & Marci Fuluij Flacci Coſſ. ſatis probant; nam tunc fuit Locuſtarum ingens copia, quę non tantùm herbas, ac frondes deuorarunt, ſed etiam arborum cortices; depaſtis omnibus in mare Africanum vento depulſę, moxque in litus reiectę ſunt, quarum fœtore, & vaporibus eleuatis maxima ſuſcitata fuit peſtis, de qua meminit D. Auguſtinus lib. 3. de Ciuitate Dei cap. 31. eamque fuiſſe refert, vt in vno Maſſaniſſę Regno octoginta hominum millia interierint, & Vticę ex triginta millibus iuniorum militum, qui ibi erant, decē tantùm ſuperſtites fuerint ex Sabel. lib. 9. dec. 5. Et Africę terminis circumſcribi non paſſa, in Italiam, & Romam vſque tranſuecta lues hæc, & ibi maximam quoque ſtragem exercuit. Et peſtis Romana anno Dñi 584. excitata ex magna Serpentū quantitate, quos Tyberis fluuius exun-

Peſtis Britania ex Locuſtis ad oſtia maris.

Peſtis Africana ex reiectione elementorum ad litus.

Peſtis Romana.

exundans, traxit ad mare, qui ad litus depulſi computruerunt, ac aërem infecerunt, de quo Platina in vita Pelagij Papę Secundi, & Flos Sã ctorum in vita D. Gregorij. Poſtremo, & quę ſuſcitata eſt, eo quia militum quamplurimorum bello Papienſe anno 1525. cæſorum cadauera ad mare tranſuecta, & ad Padi oſtia reiecta, computruerunt, locorumque vicinorum aërem infecerunt. Georg. Agricol. lib. de peſte.

Aër mari vicinus humidus. Inſuper Rauenna eſt mari proxima, quapropter ſecundum Auic. 2. 1. doctr. 2. cap. 8. tantum abeſt, vt aëre tẽperato vtatur, ac ſalubri, vt potiùs in qualitate humidiori, ac malo; Aqua enim naturaliter humida eſt, *Mare aquarum mater.* Mare verò aquarũ mater dicitur, exeoque ſolis virtute euaporatio fit aſſidua, qua humectantur, ac madefiunt loca ipſi vicina; immo mare eſſe aquę elementum dixit Argent. com. 2. in art. medic.; ideo loca maritima ad humiditatem declinare dixit Auic. fœn. 2. 1. doct. 2. cap. 11. quia vaporum multitudine, virtute Cæleſti à mari eleuatorum, reſperguntur. *Mare magis humectat à parte orientis* Gentil. ibid. multò magis etiam quia à mari parte Orientis Ciuitati propinquum eſt, ideoque aëris humectatio maior eſt, quam ſi eſſet à parte Occidentis, ſecundum eumdem Auic. vbi ſup. Quia Sol eleuando ſe ſuper Orientem, inceſſanter auget euaporationem, tam à mari, quàm à terra noctis frigiditate, & humiditate madefactâ; & hoc clariſſimum eſſe com-

pro-

probatur, quia Oriente ſole videmus mare, fluuios, & lacus magis effumare, & euaporare, quàm Occidente; quo fit, vt Iacobus de partib⁹ ſuper Auic. vbi ſup. concludat prouenire humiditatem in Ciuitates ex aëre, & maris vicinitate; & maritimos catarrhis, & reumatibus, frequenter arripi, necnon morbis ex eis ortis.

Oriente Sole, cur lacus, & c magis effument, quã Occidente

Maritimi catarrhis corripiuntur.

Eſt autem maritimorũ locorum aër humidior, quoniam vapores è mari eleuati, & aëri commixti non ſunt ſicut mare ſalſi, ſed aliquo modo dulces, ac humidi; Sol enim ſecundum Hip. de aër. loc. & aq. eleuat ex mari ſolummodo dulciſſimũ & leuiſſimum, in eo latens, quod piſces ſugentes, nutrimentum congruum eliciunt. Bart. Anglic. de genuin. rerũ Cæleſt. & Infern. propriet. lib. 13. de propriet. aq. cap. 21. Et quòd ex maris vicinitate in aëre humiditas concipiatur, experientiam ipſam hoc demonſtrare ait Colteus in annot. ad Auic. vbi ſup. in Vrbe Venetiarum, in qua ex aquis maritimis tantùm humiditatis eſſe ait, vt omnia pituitoſis excrementis redundent; & rationem reddit, quia licèt aqua maris ſit craſſa, & terreſtris, ac ob ſalſitudinem poteſtate ſit ſicca, vapores tamen, qui ſolis virtute eleuantur, & aëri miſcentur ſunt humidi, ideoq; aërem humidiorem reddunt.

Vapores à mari eleuati ſunt dulces.

Mare latẽtem contĩnet dulcedinem.

Venetiarum Ciuitas humidiſſima.

Quamquam verò Maris aqua dicatur deſiccare, ac demacrare; hæc fiunt, ſi bibatur, aut in ea balneatur. ita Gentil. ſuper Auic. fœn. 2. 1.

Aqua maris quomodo deſiccet

doctr.

doct. 2. ſum. 1. cap. 16. At non ſic in caſu noſtro, vt ex catarrhis maritimos moleſtantibus apparere iam diximus ex eodem vbi ſup. Et rectiſſime colligitur, tum ex aquâ pluuiâ, quę quamuis ex vaporibus, vt plurimum à mari attractis producatur, dulcis eſt, tum ex ipſo experimento; ſi enim quis malo, vel antennis nauis vellera appendat, quę vaporibus à mari eleuatis humectentur, mox exprimantur, expreſſus humor eſt dulcis. Item olla aquâ marinarepleta, & igni admota, ſi vapores ſpongia excipiantur, dulces deprehenduntur; quapropter inferre licet, aquę marinę ſalſedinem intrinſecam minimè eſſe, ſed aduentitiam, & extrinſecam.

Aqua pluuia dulcis eſt licet à vaporib⁹ maris orta.

Modi extrahendi aquã dulcem ex mari.

Salſedo nõ eſt mari intrinſeca.

Nec obijcias ab Ariſt. dictum fuiſſe 23. probl. 39. *Maris vaporem calidum, & ſiccum eſſe*; Nam Ariſt. ibi loquitur non de vaporibus propriè ſumptis, & à Sole eleuatis, ſed de partibus aquę ſubtilioribus, natantium poros ſubintrantibus, quarum eſt exiccare, vt dictum eſt ſupra.

Maris vapor qualiter dicatur calidus & ſiccus.

Et quamuis idem in prima probl. 54. dixerit, *Mare ſalubre*, ita debet accipi, vt ſalubre ſit in ſe, quippe quod non corrumpitur, cum ſit euentabile, ſicuti & locus aliquis dicitur ſanus, quia euentabilis. Dixi, *in ſe*, nam ſi aliqua adueniat cauſa, quę in mari contrarium operetur, vt quia non longè ſint paludes, non erit verum de illo mari aſſerere, eſſe ſalubre, ita Bart. Traffichet. in arte ſua conſeruat. ſanit. lib. 3. cap. 8. propè finem.

Mare qualiter ſalubre.

Mare euariare ob aliorum viciniam.

finem. Quare Petr. Appon. ibi dicebat, Ariſtotelis dictum, non eſſe vniuerſaliter verum, ſed ex Montium, & paludum diſpoſitione poſſe falſificari. Ea propter Rauennę maris vicinitas ob paludum adheræntiam ſalubris eſſe non poteſt. Eiuſdem ſententię fuit Gal. in 1. de tuen. da ſanit. cap. 11. quia ex ipſo, *ſi paludes, & ſtagna ſint mari vicina, maritimum aërem humidum, craſſum, & minus ſalubrem reddunt*; quare Raſis in 1. lib. ſuorum aphoriſ. dicebat: *Non euadit homo, qui mari vicinus exiſtit, & lacunis, vt prolongetur in ætate, nec à debilitate membrorum, nec ab amiſſione luminis*. Mare itaque plurimum euariat pro ratione ſitus, & ortus ventorum, quibus frequentiùs perflatur. *Maris vicinitas nō eſt Rauēnę ſalubris.*

Nec valet dicere Eteſias ventos hoc eſt annuarios, ſingulis annis eodem tempore redeuntes, quotannis in Ciuitate Rauennę ſpirare, Boreales ſcilicet frigidos, & ſiccos, aëri expurgando à prauis, & craſſis vaporibus maxime aptos, & eo magis cum ante ipſos alij venti eiuſdem naturę Prodromi dicti ideſt præcurſores per octo dies ante Canis ortum ſpirent, Eteſię verò poſt caniculę exortum quadraginta diebus. Plin. lib. 2. cap. 47. & Cicer. ad Attic. lib. 6. *Eteſię ſpirant Rauennę quotānis* *Prodromi* *Quot diebus ſpirēt*

Quia ad aëris rectificationem parum, vel nihil certi ex illis haurire valemus, quia non ſunt ita ſtati, ac perpetui, quin aliquando eorū flatus deficiant omnino, vel duratio ita diuturna nō ſit *Eteſię debiles fundamentū de aëris ſalubritate.*

G Præ-

Præterquamquod, ſi eorum beneficium eſſet certum, & per ipſos totaliter purgaretur aër à craſſis, prauiſque vaporibus, alij loci eodem Eteſiarum perſpiratu vtentes, parum Rauennâ diſſiti, quales ſunt, Primarium, & celebre Templum, ac Monaſterium Claſſenſe ſalubritate aëris fruerentur, quod tamen falſiſſimum eſt, præcipuè de Monaſterio Claſſenſi extra Vrbem, in quo neq; Monachi, neque Coloni ferre poſſunt prauam aëris qualitatem.

Eteſię vt proſint debent validè ſpirare

Inſuper ad hæc vt Eteſię morborum occaſiones auferre, aëriſque ſalubritatem conſeruare dicantur, neceſſe eſt non leniter, ſed valde ſpirare; alioquin morboſam potiùs inducturi ſunt conſtitutionem, quàm ſecus. Quare Gal. in 3. de morb vulg. com. 6. & 71. refert Conſtitutionem illam peſtilentem extitiſſe, quia *æſtas ſerena ſqualida, & magno æſtu fuit; & Eteſias raro, & debiliter ſpiraße, & diſperſim, qui ſi validè ſpiraſſent, & frequentiùs, omnem humani corporis morborum ſtatum abſterſiſſent*; vt autem proſint, opus eſt in Eteſijs Boreales multum præualere, & ideo licet quorannis Eteſiarum afflatus hic fiant, cum incertum ſit an validè, an lenitèr ſint afflaturi (nam materię copia, ex qua gignuntur, modo lenis eſt, modo vehemens) non poſſumus certè deducere aërem paluſtrem, & nebuloſum Eteſiarum afflatu expurgandum fore.

Eteſias validè ſpiraturus incertum.

Venti ſpirantes.

Quo ſtante cumplures ventorum ſpirantium

ſint

ſint, Boreales, & Auſtri ex Ariſt. 2. meteor. c. 2. tamquam i bi humidę aurę magna ſit copia, quod in Oriente, & in Occidente minimè contingit, quia ibi exhalationes ventorum materię abſumuntur, & concreſcere prohibentur; & ijdē Auſtrales oriente Cane quotannis lege naturę moueantur, ex eodem Ariſt. 26. problem. 11. niſi Eteſię validè ſpirent Auſtrales venti, Eteſijs afflatione prædominabuntur, *Eteſijs enim* Corn. Tacitus *Auſtrum oppoſitum eſſe* ait, & Cæſar de bello Ciuili, *Eteſias eſſe ijs aduerſos, qui ab Alexandria Ægypti in Aſiam nauigant*, Alexandria autem ad Meridiem, Aſia autem ad Septemtriones poſitę ſunt; & Plin. lib. 5. cap. 9. *Nilum Meridiem verſus nauigari Eteſijs, & illis Nili incrementa fieri quia aduerſus illius oſtia ſpirantes marinos fluctus illuc impellant, vnde cum excurrere in pelagus Nili aquis non permittatur, ſuperatis aggeribus inundat.*

Eteſijs Auſter oppoſitus.

Nili incrementum ab Eteſijs.

Auſtrales verò venti cū calidi, & humidi ſint, & Rauenna in plano poſita ſit, eos recipiat neceſſe eſt, qui ſi Eteſijs prædominentur, ob horū lenem afflatiooem, Ciuitas ipſa Eteſiarum commodis non fruitur; quare ſolis Eteſijs ſpirantib⁹ (vt dixi) non poteſt omninò concludi Ciuitati aëris ſalubritatem communicari.

Eligendis autem pro incolatu locis nō ſat eſt cognoſcere quibus ventis expoſiti ſint, ſed ex Auic. fœn. 2. 1. doctr. 2. *dignoſcere oportet ſitum, & qualis ſit eius diſpoſitio ſecundum altitudinem, pro*

Terra cognoſcenda ad aëris cognitionem.

funditatem, occultationem, & propalationem; an ſi nitima ſint montibus, & fodinis; deinceps qualis ſit terra ſecundum ſanitatem, qui morbi illic degentibus euenire ſoleant; & alimoniarum prauitatem, ac bonitatem. Quare licet aliqua Ciuitas ſit ſalubrib' ventis expoſita, vt Rauenna, Eteſijs æſtate intēſos calores commoderantibus; cum tamen ſit in imo ſita, eius aquę ſint crudę, puteales, ac paluſtres, parum ventis expoſitę, paludibus, ac Mari vicina, febreſque malignas ipſius incolę frequenter patiantur; ſcabieſq; quamplurimos moleſtet; Ciues nutrimentis alantur inſipidis,& imperfecti ſaporis, ac alijs ſubijciantur incommodis, de quibus ſupra, non poſſumus ex ſolo Eteſiarum perſpiratu de ſalubritate eius rectè cō cludere. Fateri quidem debemus Eteſias Ciuitati prodeſſe, & aliqua propulſare incommoda, ſed non totam inducere ſalubritatem, vt aliqui aſſeruerunt.

Eteſię Auſtrales.

At vtimur quotannis, non ſolum Septentrionalibus Eteſijs, ſed etiam Auſtralibus, ab eo Auſtro dictis, qui ad vniuerſum vergit, nobis ignotis, cum maximo diſtent interuallo. Ab Auſtro autem Cælo noſtro finitimo Eteſias ſpirare, ait Olympiodorus 2. meteor. quorum flatus incipit poſt dies ſeptuaginta ſolſtitij hyemalis Sole in Piſcibus domicilium trahente, quos Alexandrini Rhodonas vocant, quia roſis florentibus ſpirare incipiunt, & Ariſtoteles, tum Ornithias,

Leuconoti.

quia

quia Auium prolem, & genituram iuuant, ac fœcunditati fauent, tum Leuconotos propter auræ placiditatem, & tranquillitatem, demum Græci Hypenemia, quia ſine maris connubio oua fœtant. *Ornithiæ.*

Quare cum *Eteſiæ Auſtrales quotannis ſpirent, ac moueantur ea infallibilitate, qua hyemem ver conſequitur*, vt ait Ariſt. 26. probl. 11. nobis impartiantur ea neceſſe eſt mala, quæ ex Auſtrorum afflatione oriri dicebat Hip. 3. aphor. 6 & Raſis in 3. ad Almanſ. cap. 25. qui cum ſint calidi, imo ortum ducant à locis Solis propinquitate calefactis; & humidi ob tranſitum meridionalium marium, & commixtionem vaporum inde exhalatorum laxant, replent, & diſſoluunt; deinde coniuncti, ac mixti cum humiditatib⁹ noſtri Cæli, noſtras proprietates, & mutationes acquirũt valliuas, paluſtres, & putridas, ſicque corrumpuntur. ita Ioſeph. Quercet. in opere ſuo polyhiſtor. cap. 3. *Auſtri calidi, & humidi.*

Et quamuis Ariſt. 1 problem 23. & Gal. 3. in 3. de morb. vulgar. com. 3. dicant *Auſtrum ſiccũ, & frigidum eſſe*, & Homerus confirmet *ſiccum, & purum eſſe Auſtrum*, & Horat. Od. 7. p. lib. demonſtret Auſtrum non eſſe ſemper humidum, cum ait. *Auſter quomodo ſiccus.*

> *Albus, vt obſcuro deterget nubila Cælo*
> *Sæpe notus, neque parturit imbres*
> *Perpetuos. Sic tu ſapiens finire memento*

Triſti-

Triſtitiam, vitæque labores.
Molli, Plance, mero.

Auſtrina conſtitutio ſicca. & Hip. lib. de humor. ſiccitates aliquas Auſtrinas ponat, necnon 1. de morb. vulgar. tempeſt. 1. tex. 8. dicat, *Totum annum fuiſſe Auſtrinum, & ſqualidum*, ideſt ſiccum.

Auſter duplex. Attamen dico ex Gal. 3. de humor. cap. 13. duplicem eſſe Auſtrum, alterum mitem, & blādum; & hic eſt ſemper calidus, & humidus; alterum vehementem, & impetuoſum; & hunc frigidum, & ſiccum eſſe poſſe. Quę deſtinatio eſt conformis Galeni dictis 1. de morb. vulgar. tempeſt. 1. com. 1. vbi docet, Hippocratem calidos, & humidos appellaſſe ventos remiſſius ſpirantes, quaque frequentiores ſunt; frigidos verò violenter ſpirantes; & ideo Homerus finxit Iunonē à Vulcano impetraſſe Auſtros impetuoſos, & furentes, qui frigidi, & ſicci eſſent.

Vel dicendum eſt Auſtros ſiccos eſſe, ſi ſine pluuia ſpirent; ijſque, qui cum pluuia perflant, comparant quicumque dicunt eſſe ſiccos: ita Petrus Appon. in com. prędicti problem. Ariſt. Gal. in 3. de morb. vulg. com. 3. tom. 2.

Venti ſuā præſtant temperiē ſi nihil eis miſceatur Cæterum tunc venti propriam, ac peculiarē temperiem communicare dicuntur, cum nihil in Cæli, & ſolis actione reperitur, quod ipſam permutet; Qua propter licèt Eteſię quotannis ſpirent, attamen ſi locorum, per quę tranſeunt exhalationes humidę ſint, non poterunt ea com

moda

moda regionibus impertiri, quę ipſorum tempe rie promittuntur, iuxtaque principium, à quo ſpirant, ſed iuxta exhalationes locorum, per quę tranſeunt, aut quas in tranſitu ſuſcipiunt. ita Ludouic. Mercat. lib. 1. part. 2. de temper. claſſ. 4. quæſt. 17. Quo circa cum Eteſię prius hic valles afflent, & exhalationibus earum commiſcęātur, aërem potius humectant, vel ſaltem non præſtant ſiccicitatem, quam earum natura promittere videbatur.

Dato autem Eteſias continuatè ſpirare, & validè, locus nihilominus ad quem eorum afflatus peruenit, ab omnibus non poterit liberari moleſtijs, ita vt ſalubris dicendus ſit; nam ſaltem ijs ſubijcietur morborum generibus, quę à Septentrionalibus ventis exoriri poſſunt, quales *Neruorum dolores, diſſurię, taſſes, pleurithides, horripilationes*, & alia, de quibus per Hip. 3. aphor. 5. & Auic. & ibi Gentil. fœn. 2. 1. doctr. 2. ſum. 1. cap. 10. Quare cum hæc grauiſſima à Septētrionalibus ventis producantur, non poterimus quę illis afflatur, regionem ſalubrem prædicare, licèt eorum ſit vapores prauos diſſipare.

Etebarum afflatu Ciuitatem ab omnib. morbi. nō liberari.

At cum ſupra dixerimus, ad hoc vt Eteſię aërem expurgare valeant, neceſſe eſſe, vt validè ſpirent, ac Auſtrinos ventos ſibi oppoſitos propellant. id mihi impoſſibile videtur; nam cum Septentrio ſit niualis regio, ac frigida, Solis calore ob niuium diſſolutionem terra humectatur, quę

Eteſias Auſtros non poſſe propellere

made-

madefacta inſtar lignorum viridium igni admotorum, plurimos edit vapores, ex quibus non pauci ſuſcitantur venti, qui paruam acquirere valent vehementiam, tranſitu ſuper niuium diſſolutarum humorem, vaporum ſiccitatem refrigentem; Auſtrales verò venti propter materię inopiam, & in illis regionibus ſiccitatem, vehementiores fieri neceſſe eſt; ſicci enim natura ad rei intenſionem facit, cum partes ſimul vniat; humidi verò ad diſſoluendum, cum ob humidũ partes vagę diſſluant; quare Boream viro corruẽti ſimilem eſſe aſſerunt, Notum verò viro ſtrenuè, fortiterque properanti aſſimilant.

Boreas, & Notus cui aſſimi ntur.

Cum itaque illud verum ſit noſtram hãc Ciuitatem Eteſias, Auſtraleſque ventos admittere, certum eſt etiam Auſtrales ſemper magis, ac vehementiùs perflare Eteſijs, eoſque repellentem impedire; id quod æſtiuo experimur tempore, quo eorum impetu viarum puluis adeo eleuatur aliquando, vt vix perambulari poſſit.

Auſtros ſemper ſpirarare validius Eteſijs.

Illud autem pro comperto eſt, præter Eteſias patrios quoque, & proprios habere hanc Vrbẽ ventos, qui ortum à paludibus à latere eam obſidentibus ducentes, ſicut cæteri venti, ab ortu ſuo naturam ſortientes, paluſtres, & ſemicorrupti ſunt. Quapropter, quandoque auris ſpirãtibus, valliuus, & Ciuiñ capita aggrauans odor percipitur: argumento tunc temporis flantem ventum eſſe regionalem, alioquin ſemper odor

Rauennã proprios habere vẽtos.

ingratus

ingratus ille quocumque flante vento expiraret. Exoriri autem huiuſmodi ventos à paludib⁹ quã do montium iuga à flatibus ſilent, docuit Ariſt. lib. 1. meteor. cap. 3. & ratio ſuadet, quia ſuppoſito ventum fieri ex ſiccâ, & calidâ exhalatione ex terrâ, & terreis aquarum partibus eleuatâ, quod patet Autumni, & Veris temporibus, quibus validi excitantur venti, quia tunc magna exhalationũ copia ducitur, copioſę è paludibus exhalationes exurgentes, cum ad frigidam, & glacialem aëris regionem deueniunt, eorum vlterior progreſſus frigore impeditur, & deorſum truduntur: ob leuitatem verò, & caliditatem, quam adhuc retinent, & ob recentiorum aſcenſum, impeditur regreſſus, & pulſę, ſurſum iterum feruntur; nequeuntes autem per lineam rectam, propter ſuam leuitatem, & caliditatem, deorſum remeare, neque ſurſum ob aëris frigus lateraliter moueri coguntur, qui motus, & aëris commotio ventus eſt, cuius generationi nihil repugnat in paludibus noſtris.

Illud etiam addidere ad probandum Rauennam, & eius agrum humidum eſſe, regionalia vina lenia, & quaſi oligophora eſſe ex Hip. 2. de diet. & de affect. nam dicit. *Vina in ſiccis locis, & æſtuoſis genita ſicciora eſſe, & calidiora; quę verò in humidis humidiora, frigidiora, & leuiora*, & Martialis lib. 3. epigramm. 42. de ciſterna Rauennę.

Vina Rauennę denotant locum humidum.

Sit ciſterna mihi, quàm vinea malo Rauennę;
Cum poſſim multò vendere pluris aquam.

tenuia enim erant adeò, & ingrati ſaporis, vt peiora Poetę viſa fuerint ipſâ aquâ, exiſtimaueritq; plus ſe pretij extracturũ ex ciſternâ optimâ, quã ex vineâ. Nec mens fuit Martialis (meâ quidem ſententiâ) Rauennatenſes aquas vti cœnoſas, marinas, & vliginoſas improbare; nam Vrbem ipſam duo ambiunt flumina, quę à ſalubribus ſcatentia fontibus non infimę bonitatis aquas ad eam traducunt; at vina criminatus eſt, nam de hominum potu agebat, quorum vinum proprius eſt.

Ciſterna magis optata Rauẽnę q̃ã Vinea.

Potus hominũ vinum,

Vina bibant homines, animalia cætera fontes.

quorum tenuitatem expertus, ciſternam meditabatur, quę obſtante ſitus depreſſione, & aquę limoſitate, effodi non poterat, aquaſque guſtui vino ſapidiores iudicabat. Hoc autem illum intendiſſe ex ſequenti colligitur Epigrammate de caupone Rauennate.

Callidus impoſuit nuper mihi caupo Rauennę,
Cum peterem mixtum, tradidit ille merum.

hoc eſt; petenti mihi vinum mixtum, caupo merum tradidit; ideſt adeo leue, & tenue, vt merum quamuis eſſet, aquę mixtum viſum fuerit. Facile autem cauponi fuit Martiali imponere, qui natione Hiſpanus erat, ideoque vinum potare ſolitus generoſum, quo abundat Hiſpania ſecundũ Amat. Luſitan. cent. 1. cap. 28. in ſchol.

Martialis cur decę prus à caupone in vino

&

& Romę educaũs, vbi bibuntur vina Rauennatibus valentiora.

QVÆ OMNIA ADHVCVSQVE de Rauennatis Cæli inſalubritate allata veriſſima cum ſint, vt potè ſenſibus ſubiecta, quis neget de eo AVSCVLTATIONES ESSE ADMIRANDAS? cum ex altera parte grauiſſimi Scriptores, maximè verò Strabo ſupra relatus, aſſerant aërem eſſe innoxium? Quî enim fieri poteſt, vt innoxius ſit, & inſalubris? nam impoſſibile videtur, loco paluſtri aërẽ ſanum eſſe ſique ſit, profectò eſt AVSCVLTATV MIRABILE, quia Rauennę ſitum humidiſſimum eſſe, præter allata, Zozimus aſſerit dicens *Rauennam vocatam fuiſſe Rhene, quod eam aquę ab omni parte circumambiebant*, & Martialis de Aſparagis verba habens, *Rauennam æquoream*, nominauit. Matthæus Raderus lib. 13 Epigram. Martialis 21. *Rauenna Rhene* *Æquorea.*

Et Conciuis meus Antonius Donatus in Opuſculo ſuo de aëre Rauennati diſerta oratione, & euidentiſſimis rationibus demonſtrauit, Rauennam aëre ſalubri frui, ac temperato; id quod clarus Conciuis, & gratus non vnus egit, ſed & quã plures alij proprię clyma Patrię temperatum cõſtituentes (At difficile, ne dicam impoſſibile reor, aëris temperiem ex Authorum ſcriptis rimari, ac haurire, cum ex eorum lectionibus nil certi colligatur, ſed tantùm omnia temperata eſſe) Sic Hippocrates quartum clyma, Rhodo tran- *Aëris Ciuitatum temperiẽ ab Authoribus diſficile eſt rimari* *Clymata temperata.*

ſiens, temperatiſſimum eſſe protulit; cui patriã Pergamum, quę eiuſdem eſt clymatis, laudatu rus ſubſcripſit Gal, 2. de ſanit. tuen. cap. 13. & 3. aphor. 14. *Zona (inquit) exquiſitam habens tēperiem media eſt.* Auerr. pariter 2. colliget cap. vlt. Tertium clyma patriam ſuam complectens, temperatum eſſe dixit; eo quia Ver ibi ſit longũ Autumnus verò breuis; quę tamen ratio friuola eſt. Manardus quoque lib. 7. epiſt. 1. Patriam ſuam ſub ſexto clymate ſitam, temperatam exiſtimauit, eo quod æquè diſtet à Polo, & æquinoctiali circulo. Omnia recenſet Lud. Mercat. lib. 1. part. 2. de temper. claſſ. 4 quæſt. 56. Horum exemplo Donatus Patriam Rauennam aëre ſaluberrimo ditatam eſſe, & optimum temperamentum obtinere profeſſus eſt.

An vlla Ciuitas poſſidere aërem tēperatum. dici poſſit

At fortè inſurrexeris, impoſſibile eſſe aſſerēs non ſolum Rauennam, ſed vllam aliam Ciuitatem frui aëre temperato, ac puro; cum purus, ac temperatus ille ſit, qui & perfectam ſubſtantiam & optimas habet qualitates, quas aër in ſe habere non poteſt; eius enim ſubſtantię permiſcentur, & aquarum exhalationes, terræque vapores, ac aliena. Gal. 1. de tuen. valet. cap. 11. lib. 1. de elem. cap. 5. Cicer. 2. de nat. Deor. Quare ex huiuſmodi mixtione amittit ſuam puritatem, ac tenuitatem, ob quam ſpiritus reſtaurari debent, ac refici, qui aſſiduè abſumuntur. Gal. vbi ſupra.

Qua-

Qualitas verò, quę maximi facienda eſt, conſiſtit in calore, humore, frigore, & ſiccitate, illumque exiſtimabimus optimum aërem, qui intet prædictas qualitates mediam obtinet temperiem Gal. ibid. Sed quis concedat aëri hanc mediam temperiem, cui negat elementi ipſa natura? cum inter ipſa elementa calidus, & humidus exiſtat Ariſt. 2. de ortu, & interit. tex. 23. & 24.

Aër optimus qui.

Præterea mutationibus continuis, quibus ſubijcitur die, ac nocte, & omnibus anni temporibus. Gal. 9 meteor. cap. 5. & lib. 10. ſimpl. cap. de ſudore, prohibetur ei media temperies, etiam in regione, quę dicitur temperata.

HIS AVTEM omnibus non obſtantibus RAVENNA FRVI AERE TEMPERATO dicenda eſt omninò, & aſſeuerantèr.

Rauenna fruitur aëre temperato.

AD RATIONES nuperrimè in contrariũ allatas reſpondetur. Ad primam, quòd licèt aëris ſubſtantię permiſceantur multa, & ex toto puritatem retinere non poſſit, eum tamen non vitiari, quia id patitur natura ipſius aëris, qui terrę, & aquarum halitibus continenter alitur; & puriſſimus cenſebitur, ſi minus huiuſmodi alienis miſcebitur, ideoque aptus erit ad reſtaurationem ſpirituum abſumptorum.

Argumẽtorum ſolutio

Ad ſecundam, ſcilicet de qualitate; negari nõ poteſt aërem eſſe calidum, & humidum: at qui nos circumambit, non eſt purum elementũ Gal. 1. de element. cap. 5. cum ei miſceantur vapores,

&

& alterationes patiatur die, ac nocte, & ex anni mutationibus, & Auer. 4. meteor. negat reperiri purum, etiam in ſuis regionibus, ideoque tẽperari poteſt, & ad mediocritatem redigi.

Ad id quod dicebatur de mutatione viciſſim facta, vt nempe die caleat, noctu frigeſcat, ideq; fiat quatuor temporum anni mutationibus, reſpondetur verum quidem eſſe; at quod detrahit nox, dies adijcit, ſicque corpus noſtrum ex hac viciſſitudine moderatè afficitur. Idem dicendũ de anni temporibus, in quorum mutationib' ita temperatur aër, vt æqualitèr frigoris, caloris, humoris, & ſiccitatis particeps fiat: Quare ex prædictis non eſt neganda aëris ſalubritas Rauẽnę.

Et vt verum fatear ſi aër Rauennas ab effectibus, & experientia æſtimandus ſit, non poteſt denegari ei temperies ſalubris; nam hic quamplures ſunt ſenes annoſi, & grandæui, robuſti, viuaces, venerandique; & alias fuiſſe etiam priſcis temporibus Authores grauiſſimi referunt, maximè verò C. Iulium Petum annos centum vixiſſe, & L. Antidiũ Sotericum centumtredecim. Nec mirum, nam licèt ſenectus quædam putredo ſit (putret autem quod quieſcit; *& vitium faciunt ni moueantur aquę*, nulloque modo, aut minus afficitur) quis aſſeruerit Rauennatẽ aërem, quamuis paluſtrem, quietum? eius enim ſitus editus eſt, apertus nec concauus, quin Cælum omni parte patens, & apertum conſpicitur

Senes qui Rauennę

ven-

ventorumque afflatus, præſertim Septentriona lium, & Auſtralium, quare diutina licèt ſenecta conficiantur Rauennates, grauia eius pondera non ferunt, nec de ipſis poteſt verificari Ouidij dictum.

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

quoniam, & ſi albus capillus cernatur, neutiquā ingenio ſenes, & hebetes ſunt ex Plauto.

Iuuenibus corporis magnitudo, neque indecens, neque illiberalis eſt, ſecundum Hip. 2. aphor. vlt. ſed valentes ſunt, apti ad labores ferendos, oneraq; ſubeunda, pulchri, *neque obeſi, neque nimis graciles*, ſed corpus eſt eis gratioſum, ac quadratum Celſ. lib. 2. cap. 1. itaut pulchritudine, forma, & poſitu ſint decori, non vltra porportionem au cti, bene colorati. Auic. 2. 1. ſum. 1. doctr. 2. cap. 6. quę omnia calid tatem aëris temperatam oſtendunt. *Iuuenes ſani Rauēnę.*

Mulieres conſpiciuntur formoſę, facie honeſta, ac forma decora, egregiaque; mores eis ſunt venerandi, licèt non æquè, ac maſculis Gal. lib. 14. de vſu part. cap. 6. callidę, prudentes, religionis, pietatiſque amantes, bonorum morum conſeruatrices; quas qualitates non niſi à benigno ſortiri poſſunt Cælo. *Mulieres optimi tēperamenti.*

Pueris venuſtas elucet in facie, naturæq; ſunt bonę, diſciplinę capaces; quamuis autem alius alij præſtet ingenio, nullus eſt qui ſtudio nihil conſequatur, eorum enim mirifica eſt indoles: *Pueri tēperati.*

Viua-

Viuaces præterea ſunt, & ideo geſtiunt paribus colludere; formoſi, viuido, ac roſeo colore in genis perfuſi. Ij verò non eſſent, niſi aërem attraherent ſalubrem; aëris enim impuritas ingenium hebetat, apprehenſiones obtundit, iudicium obſtruit, cogitationes infatuat, flauumq; & liuidum efficit colorem: Color autem bonus, & floridus dicitur, qui inter album, & nigrum medius exiſtit, non ita tamen, vt æquis inter ſe portionibus, commiſceantur; ſed talis eſſe debet, vt caloris natiui in eo vincentis appareant notę, prout apud Rauennates floreſcere videmus; quã faciẽ, & colorem habere loca humida habitantes teſtatur Auic. fen. 21. doct. 2. c. 11.

Color floridus.

Quomodo autem Rauennas aër innoxius ſit, innumeris prope ſcriptoribus contrarium aſſerẽtibus, mirabile eſt, AVSCVLTATIO ADMIRANDA. In primis verò quodammodo miror, Strabonem ex ſitu Rauennę conſtituto, ſcripſiſſe *eius aërem innoxium fuiſſe*.

Aër Rauen. cur innoxius dictus.

Sed cum aër ab Authoribus Medicis conſideretur, habito præcipuè reſpectu ad peſtem, cognouerintque antiqui, aërem Rauennatem ea non facile infici, Strabo vbi ſupra, non obſtante, Vrbem in paludoſo ſolo eſſe ſitam, aquis diffuſã, cœnoſitatibusque abundantem, eius aërem innoxium conſtituit, & optima ratione; Nam cũ peſtis, vt plurimum ortum deducat à ſuperiori radice, à Cæli ſcilicet influentia calida, & humida

Rauenna cur non ita facile peſte corripiatur.

humidâ putrefactiuâ, vel calidâ, & ſiccâ aduſtiuâ, citiùs eâ inquinatur, ac inficitur aër ſubtilis, & locorum editorum, & apricorum, quæque ventis ab omni parte perflentur, quàm craſſus, & in imis vallibus depreſſus, qualis eſt Rauẽnas, quia ſubtilior paſſibilior eſt, & perfunditur liberiùs, & faciliùs peſtilentiâ à ſuperiori radice communicatâ. Quapropter proueniente illinc peſte, conſulunt medici, vt imos, & inferiores inhabitemus conclaues, eoſque vndique clauſos retineamus, ipſorum aërem rectificantes lignorũ aromaticorum vſtione; ſi verò peſtis à radice exoriatur inferiori, vt ab antris, foueis, lacub⁹, paludibuſque corruptis, tunc è contra pro habitatione eligendę ſunt camerę ſublimes, procul ab eis. Ioſ. Quercet. in lib. peſtis alexicacus lib. 2. cap. 1. & Strabo opinatus eſt aërem, & ſitus vdos, ac paluſtres, vti magis ad putredinem diſpoſitos poſſe faciliùs peſtem accipere, ac fouere à ſuperiori etiam radice calida, & humida putrefactiua prouenientem; ideo inter mirabilia recenſuit aërem Rauennatem humidũ innoxiũ eſſe; ſed quoniam Hiſtoricus erat, non Medicus, minimè ſciuit eueniſſe id ob aëris craſſitiem, difficulter peſtiferas infectiones à ſuperiori radice exciccatas, admittentem. Quare licèt hæc Ciuitas pluries peſte circumſepta fuerit, Omnipotentis Dei gratia naturam adiuuante, ſemper vel intacta permanſit, vel raro infecta fuit vllo

Peſtis à Calo minus inficit loca craſſi aëris.

Habitatio nes peſtis tempore.

Strabo cur aërẽ Rauennæ eſſe innoxium inter mirabilia recẽſuerit.

Rauenna cur peſte minus corripiatur. epidemico morbo, quia fortè efficacior requirebatur ſyderum influxus; ideoque niſi conſtellatio peſtifera, quę validè agat in ipſam, ſuperveniat, peſte non corripiendam exiſtimo cum Hieronymo Manfredo in tract. de peſte cap. 8.

Hierapolis Ciuitas. Nec eſt inauditum, aut Vrbis Rauennę proprium, prauum aërem eſſe innoxium, cum is ſit etiam Hierapoli Aſię Vrbi e alijs mirabilibus inſigni. Illud verò ibi admiratione dignum eſt, quod de Plutonio ore tradit Strabo lib. 13. quod ſcilicet *In collis Hierapoli imminentis, faſtigio, puteus ſit ſemi iugeris magnitudine*, quod eſt ſpatium 120. pedum in longitudine, & 60. in latitudine, ſecundũ Plin. lib. 8 *è quo peſtilentes adeò exhalant nebulę, vt animalia ſeptum illud ingredientia, protinus extinguantur, cum tamen vicinus aër ſit innoxius*, quod & ipſe Strabo aliquando expertus eſt, paſſeres intra ſeptum illud immittendo, qui ſtatim mortui conciderunt, de quo meminit quoq; Gal. lib. 1. de ſanit. tuen. cap 11. Id autem prouenire exiſtimamus, quia ipſi aëri alienę ſubſtãtię prauitas commiſcetur, quem ex Auernis (is proprium eſt eius loci nomen) inſpirantes aues illac præteruolantes ſtatim expirant, quod præclarè expreſſit Lucret lib. 6. pag. 116. dicens.

Nunc age Auerna tibi, quę ſint loca cun&#x1f;ctaq; lacuſq;
Expediam: quali natura prædita conſtent
Principio, quod Auerna vocantur nomen id ab rē
Impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis:

E regione ea, quod loca cum venere volantes
Remigij oblita, pennarum vela remittunt,
Præcipiteſq; cadunt molli ceruice profuſa
In terram, ſi forte ita fert natura locorum,
Aut in aquam, ſi fortè lacus ſubſtratus Auerni.
Is locus eſt Comas apud Etruſcos, & montes
Oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti.

Vna ergo Rauenna non eſt, cuius aër prauus ſit & innoxius; quamuis enim paludibus ſit ſemicincta, & ex maris vicinitate perhumida, quia tamen hìc multi ſunt Venti ſibi ſuccedentes, vapores procul abigentes, quos non refrænant mõtes, aër à putrefactione immunis eſt; motum autem à putredine præſeruare aſſerit Ariſt. 4. meteor. tex. 11. quod enim mouetur, & fluit, minus putreſcit, quàm non motum; præcipuè ſi vẽti fuerint Septentrionales, quia cum ſint frigidi, & humidi, duabus his qualitatibus putredini obſiſtunt.

Rauenna aër bonus licèt prope Mare.

At propè miracula ommittamus; aliquamq; venemur naturalem cauſam, qua (cum tot Rauennę enumerentur prauum potius arguentes) aëre ſemper fruamur innoxio, parumq; morbis affligamur. Apud omnes in comperto eſt, homines, Vinis, quę in ſuis regionibus, & agris producuntur, ſuam magna ex parte tueri ſalubritatem; Rauennate autem ſolum maximam vinorũ rubrorum copiam producit. Licèt verò color nihil obeſſe, nihilq; prodeſſe dicatur, nihilominus

Vina Ciuitatum ſalubritatis cauſa.

verum eſt colores vini ex elementorum, quibus omnia componuntur, pendere ex Ariſt. ſect. 38 probl. vlt. itaut vinum flauum, ac fuluum ignis naturam ſapiat; rubrum aëris; album aquę; & nigrum terrę naturam referat; quare vinum nigrum, & craſſum, cum terreum ſit, ſuccum cumulat melancolicum, & ideo, qui eo frequenter in potu vtuntur, in melancolicos affectus, vt lepras, ſcabies, & id genus incidunt. Vinum album, & tenue, cum aquę naturę ſit, pituitã, ſanguinemque ſeroſum generat; flauum, quia multum ignis continet, multum bilis congregat; rubrum verò, quia aëris naturam ſapit, in ſanguinem optimum conuertitur; & ideo ad conceptionem eſt magis idoneum, quam album, ſecundum Hip. in lib. de ſuperfœt. Cum igitur Ciuium Rauennatum maxima pars vinum epotent rubrum, cuius concoctio in optimum transmutatur ſanguinem, licèt ob eius imbecillitatem minus alijs nutriat, optima fruuntur ſalubritate. Haliab. 5. theor. cap. 30. ait bonum generare ſanguinem, & plurimi eſſe nutrimenti, idem cognouit Ant. Gazius in ſua florida Corona de cõſeruat. ſanit. cap. 45. vbi inquit. *Vinum cuius color eſt granati clarus, nec eſt nimis antiquum, eſſe temperatum, & ſanitatem conſeruare*, talia autem ſunt Rauennatenſia vina, & Gal. 3. de alim. de vino dicebat. *Cæterum vinorum omnium rubra ſimul, & craſſa, ſanguini generando ſunt accommodatiſſima*

Coloris in vinis cauſa.

Vinorum natura.

Vinum rubrum cauſa ſalubritatis Rauennę.

t'ſſima, ceu quę minima mutatione indigeant, vt fiant ſanguis, fuluis enim affinia dicuntur, ideoque ijs bonis, & facultatibus ditantur, quibus fulua, quę potantibus, annos quamlongiſſimos enumerare permittunt, & moderatè bibita ad ſæculorum apicem ſenſibus integris, & animi ſecuritate producunt. Hanc autem ducunt colorem ob permixtionem, & confuſionem omnium elementorum, ad quam perfectè conſequendam, vitis ſtipes vna cum ſole ipſo, potentiſſimè operatur; quibus ambobus fit, vt copioſa, ac varia materia attracta attenuetur, & in vinis fulgor, & nitor exoriatur: quamuis autem impurum ſortiantur humorem, attamen illum & ſubactum ſole, & vite retinent. Quare vbi opus eſt corpora celeriùs refoueri, hæc ſunt alijs aptiora; Cūq; vti dictum eſt, fuluis ſint affinia, & fuluo colore ſolem æmulari videantur, potantibus eas elargiuntur gratias, quibus ſol Orbis vita ditatur; ideoque calido pollet vitali, odoratum exhilarat, viſum allicit, poculis hauſtum ſpiritus auget, cogitatiuam, & ingenium excitat, & per corpus diffuſum, corpora depurat, diſertos efficit, omnibus leuat curis, ſtomacho eſt ſuauiſſimum, cordi cordiale, hepati robur, venis ſpiritus, inteſtinis ſolatium, menti ſydus, ac vniuerſo corpori firmamentum exiſtit. Hæc commoda licèt fuluis vinis liberaliùs conceſſa ſint, attamen ſecundnm Mauritium Tirellum lib. 1. de

Vina rubra fuluis affinia.

Vini fului aotes.

hiſtor.

hiſtor. vini, & febr. cap. 11. & 12. rubris etiam conueniunt.

Vina Rauennę ad ſanitatẽ conſeruãdã aptiora.

Addo vina Rauennatenſia, vt diluantur, paruam aquę mixtionem admittere; ideo inter oligophora quaſi enumerari debere, & minus à tẽperatis recedere; ea propter ad ſanitatem conſeruandam eſſe magis idonea, cum cætera, quę vinoſiora, & generoſiora ſunt, eo calidiora, & ſicciora ſint, mentemque, & viſcera valdè alterare valeant. Noſtra verò cum ſint neque planè dulcia, neque planè auſtera, ſed media, nec ſiccandi, nec calefaciendi facultas eis tribuitur; ex quo fit vt optimum generent ſanguinem, & maximè, quę Heluola dicuntur. ita Daniel Sẽnert. lib. 4. inſtit. medic. part. 1. cap. 4. de potu, ideo Gal. 5. de ſanit tuen. laudat Tyburtina vina, & ſana eſſe concludit. Cur verò laudibus ea proſequatur, Thom. de Neris in cap. 5. ſui com. de aëris Tyburtini ſalubritate, rationẽ non aſſignat, nec explicitè ex Galeni dictis cõprehenditur; Illa autem vna aſſignanda videtur, quia prædicti loci vina oligophora eſſent, qualia in locis frigidis producuntur.

Vina Tyburtina cur à Gal laudenĩ.

Cum igitur vina rubra polliceantur commoda prædicta, Rauennateſque eiuſmodi ſemper potent, hinc fieri opinor, vt tàm ſalubriter hìc vita traducatur. Cumque Ioſ. Quercet. in lib. 2 peſtis alexicacus cap. 1. ea veluti à peſte pręſeruatiua commendet, cur mireris ex alio hoc

Vina rubra à peſte præſeruant.

capite

capite Rauennam non frequenter peſte corripi, & ſuperioribus annis quamplures Vrbes, & Caſtra viciniora vaſtantem non ſenſiſſe?

At præter vinorum qualitates, quę ad ſalubritatem faciunt, poſſumus dicere iuxta Auic. temperies malas, & aëris corruptiones fieri faciliùs in locis inæqualibus, qualis eſt Roma, raro autem in planis, & rariſſimè in ſublimibus; quare cum Rauennę ſitus ſit planus, multiſque, vt dictum eſt, perflètur ventis, ſibi inuicem ſuccedentibus, neque refrænatis, neque repercuſſis à montibus, aër eſt ſalubris, & à putrefactione liberior. Auic. fœn. 2. 1. doctr. 2. cap. 8. *Loca inæqualia mali aëris.*

Id quod de Vincentia, Patauio, & Venetijs dicebat Alex. Maſſar. lib. 1. de peſte, quę licèt ſint exhalationibus prauis obnoxię, nullum inſalubritatis illis imminet periculum, quin potius vita felicitèr ab ibi degentibus ducitur, maximè Venetijs, vbi aër homines ex omni ferè natione alit, & ſingulis præclarè eſt proportionatus, quod & de Rauennati Cælo, quotquot ſunt hìc, quocumque tempore, exteri fatentur. *Rauēn. alijs Ciuitatibus ſimilis in aëris ſalubritate.*

NON OBSTANT IN CONTRARIVM ALLATA; nec valent aduerſarij in ſuā inducere ſententiam. Eo verò magis, cum noſtra hæc tempeſtate nocuis prouiſum ſit, nihilque, quod Magiſtratuum diligentia facile corrigi nō poſſit, ſuperſit ex quo ſalubriori indies fruimur aëre; nocua enim adeò exceſſiuè intemperata

non

non ſunt, vt aërē ſua intemperie alterare valeāt.

Quoniam verò maior deductorum vis eò tendit, vt probetur, Rauennę humiditatem prædominari, pro ijs tollendis ſuppono, qualitatem humidam minus in aëre nocere, quam cæteras qualitates, quia cum inter qualitates paſſiua dicatur, paruę poteſtatis eſt extra ſuum ſubiectū, ideo per eam ferè nulli generantur morbi, ſed ſuperficialitèr tantùm alterat corpus alteratione modica; & aër humidus ſecundum Auic. 2. 1. ſum. 1. doctr. 2. cap. 9. in fine, dicitur pluribus complexionibus bonus, nam eſt laudabilis ex quatuor. Primò quia pluribus complexionibus (exceptis phlegmatica, & ſanguinea ſuperexcedente in humido) prodeſt; conſeruat enim humidum radicale aliarum complexionum, & reprimit lapſū ſiccitatis melancolicę, & colericę. Secundo reddit homines coloratos, quia ſanguis ſuo ſimili congaudens, liberiùs ſe ipſum diffundit ad cutem, tingens eam viuido colore. Tertio reddit cutim claram, & mollem; claram ex libera ſanguinis diffuſione, cuius color albedini cutis immixtus clarus redditur; mollem propter humectationem ipſius ab extra ex aëre, & ab intus ex vicino ſanguine. Quarto poros aperit cutis, ſicut enim ſiccitas corrugando eos cōprimit, ſic humiditas eam leniens, & extenſibilem reddens, apertos relinquit. Vnū eſt, quo damnari poteſt; quia nempe præparat aërem, & humo-

Humiditatem in aëre minus nocere quàm aliæ qualitates.

Aër humidus in quib⁹ laudetur.

Humiditas in quibus vituperetur.

humores ad putrefactionem; quod vt contingat debet eſſe in exceſſu, qui negatur in aëre Rauẽnati; alioquin in Ciuitate febres graſſarentur quotidianę, quę tamen vix reperiuntur in ea, immo earum cura à medicis hic numquam exercita fuit, vt eſſet neceſſe. ſecundum Daniel. Sennert. lib. 2. de feb. cap. 14. de feb. quotid. continua in princ. Cum igitur maiores hauriamus vtilitates ex humiditate aëris, quàm damna, nõ eſt concludendum ex ea ſola aërem hic eſſe inſalubrem, & noxium.

Nec inducitur aëri Rauennę vitioſitas ex eo quòd fuerit in ſuis primordijs inter paludes extructa; nam tunc duplici, de quo ſupra fruebatur beneficio, à Strabone obſeruato, inundatione ſcilicet, non mediocris partis maris, & fluminum alluione, quibus in mare, quęcumque cœnoſa materia aſportabatur, qua infici potuiſſet aër; hodie verò, licèt illis priuata ſit, eius ſolum non ita paludoſum eſt, quin potiùs minùs longè cœnoſum, eam expurgationem non exoptat, paludibus ferè deſiccatis.

Paludoſus ſitus denegat ſalubritatem aëris Rauen.

Neque officit Ciuitati vallium hinc inde vicinitas; adeò enim nunc diſtant, vt vapores ab iiſdem eleuati, per ſibi inuicẽ ſuccedentes auras diſſoluantur, priuſquàm ad ipſam deferantur; quare non eſt timenda in illis peſtilentię corruptio ſimilis, vti arguebatur.

Valles nõ officiunt aëri Rau.

Verum quidem eſt Rauennę agrum plurimâ

K olim

Rauen. ſolum exiccatum.

olim aquâ fuiſſe madidum; cum autem hodie exſiccatum fuerit valde, itaut penitus eius facies mutata ſit, in concurſu ad inficiendum aërem, non tam copioſam, imò longè minorem ſubminiſtrat vt antiquitus, humiditatem: quapropter cum Ciuitatum aër alteretur à terra, ſi ea non ſit in exceſſu humida, non poteſt conſtitui ita humidus, vt probabatur.

Cælum Rauen. cur Romano melius.

Falſum eſt Cælum Rauennas eſſe intemperatum, ac humidum ſicuti Romanum, quia hoc territorium eſt æquale, ac planum, illud inæquale ob Colles ibi eleuatos; quo fit, vt ibi venti libero afflatu non perſpirent, hìc verò eorum libera perſpiratio minimè impeditur.

Auſtri cur Rauē-natibus innoxij.

Fateor Septentrionalium ventorum commodum non eſſe continuum, cum ob planum ſitum poſſint, & Auſtrales venti recipi, & admitti: Nihilominus cum venti ſint inuicem ſuccedentes, nulla poteſt Ciuitati ſupereminere portio, ac reliquia; nam ſi conſiſtant, à ſuccedente vento corriguntur, ac diſſipantur: quapropter nullum putredinis veſtigium eſſe dicatur, vel ſaltē id, ex quo prætenſę ęgrotationis excitari valeāt, cum circa ipſam tam amplę paludes non ſint, quantę in Sardinia eſſe dicantur.

Fama inanis, & falſa de aëre Rauennati.

In eam autem feror ſententiam, Clementis VII tempore ſine fundamento ſiniſtram famam de aëre Rauēnati ſurrexiſſe & increbuiſſe, ideoque patrię inimicos in exilium huc pulſos, cum

aër

aër re verâ eſſet ſalubris, noſtrâ hac ſiquidem tempeſtate apud exteros, inani vulgi famâ, noxius reputatur, quamuis aliundè huc conuenientes, & domicilium contrahentes ſaluberrimum experiantur, prout antiquitùs purum, & ſalubrem experti ſunt Imperatores diutino temporis tractu hic morantes. Iouius autem licèt ſit Hiſtoricus, non ideo concludenrèr, & neceſſariò fidem facit, ſed tantum probabilitèr; maximè cũ grauium ſcriptorum obſtent dicta, vt conſtat tũ ex Strabone, vbi ſupra, & Vlp. in l. ſi quis mihi mandauerit. ff. mandat. & ex relatis à Hieronymo Rubeo Hiſtor. grauiſſimo, qui de Rauennatenſis aëris ſalubritate mira teſtatur. In Hiſtorijs autem priſcis non rarò deprehenditur inconſtantia. Vincent. Carrar. in lib. de Medico, & illius offic. p. 2. n. 264. & p. 3. n. 139.

Quis neget valloſa loca, & infima aërem craſſum, & calidum habere? At non omnia, ſed profunda tantum, caua & montibus circumdata. Secus eſt de ſitu Rauennę, & eius vallibus, quę cum ſint in plano, nec montibus circumuallata, aër non eſt ita craſſus, ac impurus. Accedit quòd ventis perflantur frigidis, quibus ſecundum Hip. de aër. loc. & aq. tex. 54. aër fit ſalubris, maximè cùm ſit locus apertus. *Valles quando habeant craſſum, & calidum aërem.*

In locis autem paluſtrib⁹ faciliùs ſanantur capitis vulnera, ac vlcera, quàm tibiarum, quia humores aliquam terreſtreitatem concipiunt, *Capitis vulnera curſ faciliꝰ ſaneſcant. in paluſtribus locis.*

ideoque liberiùs ad inferiora feruntur, in ſuperioribus autem remanent ſecundum Ariſt. magis digeſtibiles, qui & faciliùs concoquuntur.

Non negamus enumeratas herbas in Rauennati ſolo concreſcere, conuenienſque nutrimentum ſuſcipere; at non conceditur ipſum ſolum

Herbarũ paluſtriũ copia nõ arguit eſſe in exceſſu humidum.

eſſe in exceſſu humidiſſimum, quia ſi tale eſſet, in eo nec recenſitę herbę, nec vllę naſcerentur, *Cum in admodum humida, & lacuſtri terra non germinent, ſed cum abſumi cœperit humoris redundantia tunc enaſcantur.* Gal. 2. de temper. cap. 5. Et ideo humidum temperamentum, & à Medicis, & à Philoſophis, qui corporis elementa diligentèr inueſtigarunt, laudatur; immò etiam hoc vnum ſecundum naturam ſe habere quibuſdam viſum eſt, vnde *Homines, qui maximè ſunt humidi maximè ſunt longeui*, ex eodem Gal. 6. de ſanit. tuen. cap. 3. Ex productione itaque prædictarum herbarum non rectè arguitur, ſolum eſſe exceſſiuè vdum, immò potiùs ad commodam temperiem accedere.

Humidi maximè longeui.

Paludes non extare in Rau. agro.

Negatur in paludibus Rauennatibus aquam ſolis calore exiccari, cùm earum aqua per excauatos alueos in mare fluat; ideoque non poſſunt dici propriè paludes, ſed valles; *Quę ſunt planities lateribus incluſę*, ſecundum Feſtum; ita dictę quòd hinc, & hinc vallatę ſint. Quę verò de palude dicta ſunt, vallibus nullo modo accommodari poſſunt. Nec paluſtria natatilia aliqua ibi emo

riuntur

riuntur; ſed aquarum decurſu, ad mare feruntur: quare non ſuſcitatur grauis odor, qui in paludũ exiccatione perſentiri affirmatur.

Et diſtinctio illa aëris tenuis, & craſſi non eſt ex ſe, ſed locorum ſublimium reſpectu, aliàs qui libet aër planitierum diceretur craſſus. Rauenna autem non eſt iuxta ſtagna, cum noſtrarum vallium aquę non ſtent, ex quo ſtagna denomi- nantur, ſed in mare excurrant. *Nec ſtagna.*

Ranas animalia aquatica eſſe nulli dubium, vt exiſtimem, vbicumque aqua eſt, & Ranas eſſe poſſe. At cum Rauennate ſolum ſit aliquib' aquoſius, Ranarum copioſior numerus in eo eſt, ideoque de Rauennatibus potius, quam de alijs meminit Martialis. Tunc autem ſignum ſunt aëris corrupti, cum in exceſſu excreſcunt; non excedentes verò conſuetum numerum, nec peſtis, nec aëris corrupti præſagium ſunt, alioquin Rauennam ſemper peſtis graſſaretur, cum quotannis verno tempore earum coaxatus frequens exaudiatur. Licèt ergo demonſtrent locum eſſe humidum, non tamen in exceſſu eum talem denotant; quòd ſi per Magiſtratus adinueniretur felicior, & proportionabilior aquarum eruatio, exiccarentur paludes, Ranæque quin & Culices, & Anguillę, vel nullę, vel pauciſſimę eſſent. Vide Hierony. Rub. lib. 1. Hiſt. Rauen. *Ranas vbique reperiri, vbi aqua.* *Ranę quando peſtis præſagiũ.*

At quoniam de Culicibus nunc ſecundò meminimus, eorumque moleſtia præ alijs incom-

modis

modis vrget, Ciuibuſque, ac Forenſibus maximè grauis cenſetur, non erit abſre, quædam proponere remedia, quibus vel arceantur, vel domicilia ingreſſi fugentur, eorumque punctiones & ſonitus euitentur.

Remedia pro Culicibus ne morſu feriant.

Ne igitur eorum aculeis figamur, ex D. Ambroſio, ac Plinio in oleo coquatur Abſynthiũ, & eo aſpergantur partes Culicibus expoſitę, vel ex Macro, loco olei, vino, in quo tritũ ſit abſynthiũ

Acri cum vino (herba abſynthij) ſe quilibet vngens
Non metuit Culices, vſtęq; fugantur odore.

Alij Cimini vtuntur ſemine, dentibus trito, quo inungunt faciem, ac alias partes morſui obnoxias.

Alexandrinorum remedia ad Culices

Alexandrini, ac Ægyptij, vt ſe defenderent ab his animalculis, quę ex Nilo frequentiſſima confluebant, vtebantur conopæo, ſeu tentorio, ita appellato, quia à Culicibus Conopas à Græcis dictis, eos tuebatur; id quod efficaciùs, ac tutiùs remedium iudicatum eſt noſtris temporibus & Zenzalaro communiter appellatur; ideo Herodotus de Ægyptijs, & Alexandrinis loquens dicebat. *Sunt aduerſus Culices, quorum magna ibidem vis eſt, hæc ab eis excogitata, illos quidem, qui ſupra paludes incolunt, iuuant Turres, quas dormituri adſcendunt; nam Culices ventus prohibet in altum volare. At qui intra paludes inhabitant, alia, Turrium vice machinati, hæc videlicet, ſinguli ſua habent retia, quibus per diem piſces capiunt, eiſdem no-*

Culices nõ volant in altum.

ctu

ctu vtuntur cubili, in quo requieſcunt, circumdatis illis, deinde operti, ſomnum capiunt, qui ſi veſtimento inuoluti, aut in ſyndone dormirent, eos per ipſa indumenta Culices morderent, per retia verò non tantum quidem mordere conantur. Quibus iiſdem remedijs Bellonius ſe defendit, ait enim, *Aut ibi bi noctu tegenda eſt facies, aut ſub tentorijs dormiendum; aut ſummis ædibus ſub dio.*

Incolę Septentrionales aſpergunt caput, & cætera membra abſynthij decoctione, vel rutę, vel Nigellę, vel atramento ſutorio permixto, Iunipero vſto, vt refert Olaus Magnus. *Septentrionales quomodo à Culicib. ſe defendant.*

Gaudentius Merula ex Demetrio cannabis humidę ramuſculos penes dormituro ponendos ſuadet. Addit, ad eum non accedere Culices, qui manna thuris, aut aceto, aut oleo corpus illiuerit, vel ſpongiam acri aceto imbutũ, ad caput ſuſpenderit, & ad pedes; quę ſi è faſtigio domus pependerit, omnes Culices illuc congregabuntur. Fallopius ſaluiâ contuſâ aceto, aut oleo mixtâ inungi corpus iubet. Item cymini ſemine contuſo ſolummodo, aut vino albo ſubacto, corpore illito.

Cum autem ſatius ſit eas domib' fugare, quã ab eorum morſibus, & moleſtâ voce, qua à ſomno auertimur, nos tueri, agentur à cubiculis ſuffitu migijs fruticis conizę, ſeu pullicarię, vel ſub ſtratu ipſius ſecundum Dioſcor. Itẽ cupreſſi pilolis cum arboris comâ vſtis, vel fimo bouis ma- *Remedia ad fugandos Culices.*

ſculi

ſculi accenſo ſecundum eumdem; aut abſynthij fumo, ſecundum Plin. vel melanthio ex quorundam ſententia. Auic. ait abigi odore ligni Pyri, & Gal. ſuffitu ex nigella, & ſutorio attramento necnon ſi decoctione lupinorum, aut nigellę, aut abſynthij, aut rutę, cubicula, & feneſtrę aſpergantur: ex Democrito pilus equinus in cubiculo extenſus prohibet eis ingreſſum: ex Alexi Pedemontano ſi puluere cymini ſubtiliſſime triti, mixto cum vino albo optimo, feneſtrę, oſtia, parieteſq; cubiculi aſpergantur. In Aquilonari plagâ ſuffumigia fiunt attramento ſutorio, & Iunipero. Illud autem proficuum maxime eſt, cũ ſint lucipetę, in cubiculis lumina non detinere, ad quę volatu ferantur.

Maris vicinitas nõ cauſat Ciuitati humiditatẽ. Et vt ad inſtitutum reuertamur quamuis Rauenna dicatur ab Oriente mari vicina, ideoque humidus eſſe aër, longior inter eam, & mare terrarum tractus eſt; quo fit vt vapores inde eleuati, Solis radijs incaleſcant, ac diſſipentur, nullamque Ciuitati humiditatem pareat; eoque maximè cum mare ante poſitum ſit, & retro mõtes non ſint obiecti, ideoque vapores ventis vlterius propellantur, humiditatemque communicare non valeant: Præterquamquod inter Ciuitatem, & mare adhuc interponitur ampla ſoli ſabuloſi planities, quę maris humiditatem moderatur; nam ſabuloſum ſolum natura ſua homines efficit ſicciores, ſolidiores, & ad reſiſtendũ fortio-

fortiores, redditque aërem in totum ſalubriorē, quia ab eo (quòd minus madet) pauciores, & ſicciores vapores exhauriuntur, quam à terra, nec humidi ſuſcitantur, qui nobis obeſſent ex maris vicinia, idque comprobat. Bart. Accurſin. in Tractatibus medicin. tract. de aëre Caſtri noui.

Negatur Rauennę ſolum propriè paluſtre dici ex Hip 2. de vict. rat. in princ. vbi ait *Loca paluſtria, & lacuſtria humectare, & calefacere: calefacere quidem, quoniam caua ſunt, vndique circum data, & ventis minimè perflata; humectare quòd è terra producta, quibus homines aluntur, humidiora ſunt; & ſpiritus, quem attrahimus, propter aquam non motam craſſior eſt*. At Rauennę ſitus non eſt circumdatus, ſed apertus, ventiſque peruius, & aquę mouentur, ideo eius ſitus non poteſt dici paluſtris.

Stantibus igitur prædictis ſuperiùs recenſitis, quę aërem peſſimum, ac corruptum ſignificare videntur, ADMIRANDA EST AVSCVLTATIO, cum, vt effectus ipſi teſtantur, aëris ſalubritate Rauennates vtantur; qui melior in dies fiet, obſtantibus malis correctis, & emendatis, maximè verò cum vrbanę vię ſaxis ſtratę fuerint, & à fimo, ac ſordibus expurgatę ad faciliorem aquarum pluuialium per publicas foricas effluxum. Sique Canum, fellium, aliorumq; brutorum cadauera in vijs inconſideratè inſepul

Rauen. ſitus non paluſtris.

Magiſtratus quid agere debẽt pro ſalubriori ſtatu Ciuitatis.

ta non iaquerint, latrinarum expurgamenta extra Vrbem conuecta fuerint, Cloacæ in vias publicas deriuantes, clauſæ; mortuorumq; ſepulchra accuratius obſtructa.

Vallium odor quomodo corrigendus.

